


Pra. 7. num. 1. ~~1~~
DISSERTATIO JURIDICA
DE
TERMINIS AC FATALIBUS *1746, 2*
JUDICIALIBUS *g*
EORUMQUE COMPUTATIONE,
SECUNDUM STYLOM JUDICIORUM
POMERANIÆ.

QVAM
SUB PRÆSIDIO
DN. AUGUSTINI BALTHASARIS,
J. U. D. ET PROFESSORIS ORDINARII, FACULTATIS SUÆ SENIORIS
ET H. A. DECANI, REGII CONSISTORII REGIÆQUE SOCIETATIS
TEUTONICÆ GRYPHICÆ DIRECTORIS,
DIE XXIX JULII A. S. MDCCXLVI.
PUBLICÆ ERUDITORUM DISQVISITIONI SUBMITTIT
AUCTOR
FRANTZ ANTON NOBILIS AB ESSEN,
REG. SOCIET. TEUTON. GRYPH. SODALIS.

G. 463.



GRYPHISWALDIAE
EXCUDEBAT HIERONYMUS JOHANNES STRUCK
REGIÆ ACAD. TYPOGR.



DISCIPULI ORATIONIS
AD PETRUM SANCTUM
LUDICRUM
LITERARUM GOTHICORUM
SIGILLUM
BONNAM
MAYO
S. PETRI ALEXANDRI
AUGUSTI ET MARIAE MAGDALENAE
ET IACOBUS MAJORIS
ET IACOBUS MINORIS
ET PHILIPPI
ET THOMAS
ET MARIA MAGDALENA
ET MARIA CLARA
ET MARIA ANTONIA
ET MARIA CATHERINA
ET MARIA ANNE
ET MARIA JOSEPHINA
ET MARIA ANNE
ET MARIA CATHERINA
ET MARIA ANNE
ET MARIA CATHERINA
ET MARIA ANNE



Cap. I.
DE
TERMINIS JUDICIALIBUS
IN GENERE.

§. I.

Ereventissimæ JCtorum non minus ac Causæ præ Politicorum de protractione litium in tractionis litorum prima audiuntur querelæ. Gravem hunc ria est Ter justitiae ægrotantis esse morbum, omnes minorum norunt. Nec desuere quoque, qui salubres afferre medias tentarunt, salutaria de emendanda justitiae administratione suppeditando confilia. Prolixum horum Scriptorum catalogum, numerum 80. excedentem, re censet illustris DE WESTPHAL in Tr. de *Corruptæ Jurisprudentiæ origine & medela*. In causas hujus mali inquisivit b. Dn. PHIL. BALTH. GERDESIUS, Acad. hujus quondam Professor, Regii Consistorii & deinde Dicasterii Director meritissimus, in *Progr. invitat. ad Disp. inaug. Dni PRÆSIDIS de Probatione in continentia*, *And. 1726.*

CAP. I. DE TERMINIS JUDICIALIBVS

a. 1726. evulgato. Si non primum, attamen haud ultimum, inter eas occupat locum longior terminorum tractus, actibus judicialibus, in primis in processu ordinario, praescriptus. Quorum iteratae saepius prorogations atque dilationes maxime tardiosum litium protractioni suppeditant sufflamen. Hinc summi Legislatores singularum fere provinciarum Germaniarum, partim processum ordinarium penitus tollendo, partim terminos judiciales coactando, medicas hic adhibuere manus. a) §. II.

a) Plurimi pii JCTi, ut BRVNNE MANNVS & alii iam diu serio exoptarunt, ut processus ordinarius plane abrogetur. Serenissimus quoque Rex Borussiae, FRIDERICVS WILHELMVS, gloriosiss. memorie, emendationem iustitiae maxime curæ cordique sibi habens, per quam multas Constitutiones, hunc scopum sibi praefixum habentes, divulgavit. Inter quas eminet ista de 1736. d. 2 May. cuius art. 8. processus ordinarius, utpote protractioni litium multum interficiens, plane sublatuſ, & omnes causæ summario processu servatae sunt. In nostra Patria observatio distinctionis processus ordinarii & summarii inculcate est in Ordin. R. Dicat. P. II. T. 2. §. 10. At, eandem usu vix servatam fuisse, testatur Recess. Vistat. de 1707. n. 53. quo tamen partium arbitrio relictum, num caulam, modo sua natura, non sit summaria, ordinario, an summario processu, tractari malint; ita, ut iudex invita altera parte in causa ordinaria haud procedere poscit summariter. Donec tandem Recessu novissimo de 1737. etiam hic locorum processus ordinarius funditus si sublatuſ, ita, ut omne arbitrium electionis hac in re partibus fuerit ademptum, potius omnes causa summario processu tractari serio iudicio fuerit inculcatum. At enim vero, dolendum maxime, etiam processum summarium, scil. regularem, quam maxime ad ordinarii naturam accedere, atque illum fere imitari, & sic diuturnitate haud cedere ordinario, sed eundem pene exequare, immo, quamdoque superare. Etenim oculata fides docet, ut utamur

IN GENERE.

§. II.

Terminus sumitur pro fine cujusque rei; hinc in **Termini**
agris denotat limites, vel signa limites denotantia; Unde **Etymologia**
in jure actio de **termino** moto proponitur L. 47. ff. tit. 21. & **Homonymia**
& terminare est fines constituere, vel finire. vid. Tit. C.
ut *intra cert. temp. crimin. quæst. terminet*ur. In jure
nostro, ac sensu in judiciis recepto, terminus litium in-
digitat finem instantiæ, & in genere terminus juris finem
actus cuiusdam judicialis. Applicatur etiam orationi,
ut termini orationis denotent fines ejus, vel moderamen
locutionis, quod excedere non debet oratio; Unde in
Ord. Reg. Dicast. P.I. T. x. §. 13. cautum, ut Advocati
omnia terminis legalibus exprimant, haud impingendo
in modestiam reverentiamque judicii debitam.

§. III.

Judicialium terminorum præscriptio ac coarctatio Finis terminorum judicium.
nil aliud pro scopo habet, quam celeriorem processuum
expeditionem. Quod si enim litigantes, in primis ii,
quorum est fugere, ad certum quendam temporis tra-
ctum, quo negotia sua componere tenentur, non essent
ad stricti, lites in infinitum pro traherent, easque plane
redderent immortales. Cum autem, monente Imperat. eorumque
JUSTINIANO in l. 13. C. de Jud. Reipublicæ maxime necessitas.
intersit, ne lites fiant immortales, & hominum vita mo-
dum

verbis b. GERDESI, c. l. nimis dilationibus laxatum,
folennium & formalium, sœpe inutilium, scrupulosam ob-
servationem, tam partibus quam judicii præscriptam, ligare
judicis manus, quo minus processus ambages ex voto recidere
queat. Unde nec in judiciis, ubi solum proflus summarius
vigeret, exempla desunt, quod item, quam cepit avus, vix
fiant nepotes.

A 2

4 CAP. I. DE TERMINIS JUDICIALIBVS

dum excedant; ideo in omnibus bene constitutis Rebus-publicis, optimo sane instituto, litigantibus certi termini sub pena juris sunt præscripti, quibus lis vel actus quidam judicialis terminari debet. Quos tamen omnino decet esse certos.

§. IV.

Non guidem
totius litis.

In Republica Römana, litium studio florentissima, olim universæ causæ certus præfixus erat terminus peremptorius, quo tota lis finiri vel terminari debebat; ita quidem, ut causa civiles triennii, criminales autem biennii spatio includerentur, poena, pro modo admissi, in judicem, litigantes & advocatos sancta, si præstituto termino lis non ad finem perduceretur. vid. al. l. 13. C. de Jud. §. 1. & l. 1. C. ut intra certum temp. crim. quæst. terminetur. Imo, actio de dolo malo hoc singulare habebat, qvod non tantum intra biennium, ex eo die, quo dolus ad missus adseritur, in judicio moveri, sed etiam finiri debeat. l. 8. C. de Dol. mal. Dolet equidem cum aliis laudatus Dn. GERDES. c. l. has leges usu amplius non servari; At enim vero, universæ liti certum ponere terminum, quo præcise includatur, seu finiatur, propter varia ac vix evitanda impedimenta, quæ actibus judicialibus remoram injicere possunt, haud erit possibile, nec quoque conducet, ad impossibilia adstringere partes litigantes.

§. V.

Sed singulo-
rum actuum
judicialium.

Magis itaque ex re est, singulis actibus, in judicio peragendis, suos ponere limites, qvo omnia ordine ac circumspècte peragi queant, nec tumultuarius nascatur procedendi modus; cum non minus in judicando præcipitantia, quam protractio, est justitiae noxia, & decisâ impetu

impetu protrusa, magis fulmina, quam sententia dici merentur. Ideoque, in omnibus judiciis non universæ liti, sed potius singulis actibus judicialibus, suos terminos præscriptos esse, videmus. Hoc itaque sensu denotat terminus judicialis certum temporis spatum, singulis minorum actibus, in judicio peragendis, præfixum, ut intra illud absolvantur, seu terminentur. Germ. dicitur, die Zeiti oder Lægefarthi auf, oder binnen welcher, einer im Gerichte erscheinen, etwas zahlen, oder sonst etwas thun soll.

§. VI.

Quo magis itaque Reipublicæ salutare est, lites ci-
tius terminari, eo magis conducet actus judiciales arctis Hos coar-
includere terminis. Ideoque in Ordin. S. Tribun. P. II. T. VII. §. 2. etari potius
T. IX. §. 6. nec non Ord. R. Dicqst. P. II. T. VII. §. 2. quam dilata-
sapientissime constitutum legimus, omnes terminos ju-
diciales quam brevissime esse contrahendos. Quod in
specie intuitu causarum leviorum, vel celestem expeditio-
nem requirentium, vel alias privilegiatarum, exigitur,
maxime autem in judiciis inferioribus. v. MARTINI
Proc. for. T. IV. §. I. n. 190. & ibid. in Addit. Id, quod
etiam respectu judiciorum inferiorum dispositum in
Recessu Comm. provincialis de 1663. beym IV. Hauptpunkt.
§. Wenn aber des Landes Einwohner sc. ibi: Die fata-
lia und terminos, weil es bey ihnen der Länge, so beym
Hofgerichte erheischt, nicht bedürftig ist, einzuziehen. &c.
& quotidiana praxi horum judiciorum comprobatum
videmus; ut ex sequente tractatione dilucide apparebit.
Modo tamen & hic pro ratione circumstantiarum
locique distantia non omne exulet judicis arbitrium.
Cum semper Judex curare debet, ut terminus sit con-

A 3

gruuus

CAP. I. DE TERMINIS JUDICIALIBVS

gruus parti ad id, quod incumbit, nec nimium coarctetur. MEV. P. V. D. 231. n. 8. Paria enim sunt auferre alicui defensionem & nimis coarctare. MEV. P. I. D. 135. n. 3. Quibus expeditudinibus autem certus terminus in jure non est præstitutus, ea quoque tempore fieri possunt. MARTINI comment. ad Process. Saxon. Tit. XVIII. §. 6. n. 54.

§. VII.

Pro diversitate tam judiciorum, quam instantiarum, nec non causarum, seu negotiorum, in judicio peragendorum, termini isti judiciales variant. Est enim I.) in genere alius *ordinarius*, alius *extraordinarius*. ILLE dicitur, cui certum a lege, seu ordinatione judicaria, vel a consuetudine judiciali, cui nomen est styli curiae, præstitutum est tempus. Qui *legalis* dicitur, & iterum ratione judiciorum, prout sunt vel superiora, vel inferiora, laxius, vel brevius, admittit temporis spatium. Sic, quod Patriam nostram respicit, in Sum. Reg. Tribunali multo latius se extendit terminus ordinarius ac in R. Dicast. & Reg. Consistorio. Breviores autem adhuc plerumque sunt in Judiciis Civitatum aliquique inferioribus. (v. §. ant.) Porro ratione processus, vel ipsius causæ, in judicium deductæ, quatenus vel *ordinaria* est, vel *summaria*, terminus itidem vel laxior est, vel restrictior. In causis enim hujus generis, quales sunt ecclesiasticae, aliæque quæ moram non patientur, semper brevior, ac in aliis, obtinet terminus. HIC vero, extraordinarius scil. dicitur, qui pro ratione circumstantiarum ac negotiorum, in judicio occurrentium, a Judice constituitur, & *arbitrarius* dicitur. Prioris constitutio arbitrio judicis est relata, sed non absolute;

lute; Adstrictus enim est judex in terminis ad rationem & aequitatem. Secundum circumstantias itaque hunc determinare debet, ita vero, ut parti ad id, quod in iudicio facere debet, satis temporis suffpetat. In quo judex, nimis rigidus, injustus & suspectus est. Defensionem quippe adimit, qui coarctat, & strictiori, quam quo id, quod incumbit, fieri posse, termino, gravatus merito appellat, atque audiendus est; secundum MEV. Part. I. Dec. 135. n. 3. P. II. Dec. 176. P. IV. D. 197. Part. V. D. 231. n. 8. modo appellans alleget causam probabilem, qua re nimis coarctetur, MEV. P. V. D. 94.

§. VIII.

Differit terminus legalis ab eo, qui a judice præfixus Utriusque differentia. est, (1.) quod ejus strictior, quam hujus, exigatur obser-
vatio; MEV. P. II. D. 235. n. 4. fortiusque excludat le-
galis terminus, quam qui est ab homine. MEV. P. VIII.
D. 49. n. 2. (2) Terminus, a judice præfixus, in civilibus
est quidem etiam peremptorius, attamen relinquit judicii
potestatem, alium adhuc ex causa indulgendi. MEV.
P. V. D. 231. Terminus autem legalis & consuetudinis
semper est peremptorius, nec a partibus extendi, nec a ju-
dice coarctari potest. MARTINI in Com. ad Ordin. Proc.
Sax. T. 29. §. 1. n. 40. §. 42. it. Tit. 34. §. 1. n. 18. admit-
tit tamen mora purgationem. MEV. P. III. D. 182. n. 3.
P. V. Dec. 23. n. 3. Ideoque (3) terminus legalis ipso
jure aliquem excludit; terminus judicis vero, licet per-
emptorius, attamen non habet vim excludendi, nisi post
sententiam, qvæ declarat lapsum ejus & ex eo amissam
facultatem agendi. MEV. P. VIII. D. 58. n. 3. D. 170. n. 3.
MARTINI c. I. T. X. §. 4. n. 105. (4) Terminus extra-
ordi-

ordinarius singulis negotiis conveniens, prout judici
æqvum videtur, præfigitur. Legalis vero, qualis ab initio
processus præfixus, ita legalis est per totum processum,
judice scilicet alium non constitente; ut, si duo menses
reο sint præfixi pro responsionibus vel exceptionibus,
actor similiter post allatas exceptiones habeat duos menses
ad replicandum & totidem reus ad duplicandum.
MARTINI c.l. Cap.XI. §.I. n.22.

§. IX.

II.) In sub.
stantiales &
accidentales.

Illi iterum
sunt vel sim-
plices, seu di-
latorii.

Porro II. prout ipsi actus judiciales vel *substantiales*
vel *minus*, indeque citatio ad peragenda in illis, vel arcta-
toria dicitur, vel monitoria; cum ipsa comparatio partium
quandoque magis, quandoque minus necessaria habetur,
v. LUDOVICI in Proc. Civ. C. X. §. 6. sqq. ita & termini,
citationi inserti, vel *substantiales* dicuntur, vel *acciden-
tales*. Illi ad processus, seu negotiorum judicialium, es-
sentiam requiruntur, cum rem magni præjudicii respici-
unt, ideoque paritionem rei necessario exigunt. Quor-
um spectant termini editioni libelli, litis contestationi,
conclusioni in causa & sententiæ præfixi. Hi, contra,
adeo necessarii non sunt, nec præcisam citati compari-
tionem requirunt, cum lapsus eorum haud grave inferat
præjudicium, ut termini ad excipiendum, duplicandum,
item citationi ad videndum jurare testes, aperiri rotu-
lum examinis testimoniū, vel irrotulari acta, aut publicari
sententiam &c. præfixi. Substantiales iterum sunt vel
simplices, seu *dilatorii*, quorum lapsus parti contumaci-
nullum aliud infert præjudicium, quam quod ad instan-
tiā alterius novus præfigendus sit terminus, antequam
in contumaciam contra absentem procedi possit; Quo-
rum

rum regulariter tres constituant unum peremptorium.

l. 68. seqq. ff. de Jud. l. 53. §. 1. ff. de Re jud. In rebus autem maximi momenti tria simplicis termini repetitio exigitur, ut sunt causa malitiosa desertionis. MEV.

P. IV. D. 223. n. 1. it. Concursus Creditorum, MEV. *P. I.*

D. 134. post. n. 3. in tx. Vel *præjudiciales*; Qvorum lapsus præjudicium causæ infert, ita, ut contra contumacem & hi iterum mox procedatur in causa, juxta Legum prescriptum.

STRYCK in *U. M. ff. Tit. de in Jus voc. §. 6.*

Et hi iterum sunt *peremptorii* & *præclusivi*. Ejus Peremptorii,

generis terminus tres simplices continere debet. *l. 68.*

seqq. ff. de Jud. MEV. *P. I. D. 258.* qvorum ultimus

semper est peremptorius *l. 70. ff. de Jud.* Qui ita dicitur,

qvoniam ejus lapsu causa ipsa, seu disceptatio causa per-

imitur. h. e. ultra non patitur, adversarium tergiverlari.

Ideoque judex jam comminatur Citatum, se etiam ab-

sente ipso cognitum & pronunciaturum. *l. 68. seqq. all.*

MEV. *P. II. D. 176. n. 8.* Qvæ comminatio expresse in-

serenda erat Citationi. *l. 71. ff. al. t. l. 2. C. eod. l. 8. C.*

Qvomodo & quando &c. Id, qvod tamen jure Germanico

haud opus erat, sed ipso jure subintelligebatur, ubi tres

terminos ordinarios includebat citatio. Hinc & hodie

non tantum omnis terminus probationis, seu ad docen-

dum de jure suo, præfixus, est peremptorius, MEV. *P. I.*

D. 134. n. 8. Sed qvoque, omnem citationem perem-

toriam & terminos etiam dilatorios præjudiciales esse,

etiam si non a lege, sed a judice saltem præfigantur, testa-

tur BRUNNEM. in *Proc. Civ. cap. 3. n. 29.* MARTINI

in *Comment. ad Conflit. Sax. Tit. 29. §. 2. n. 18.* & *19. (b)*

B

Hujus

b) Praxis tamen hac de re in Germania variat. In terris Hanoveranis iisque vicinis termini cuiuscunq; generis, sive

¶ CAP. I. DE TERMINIS JUDICIALIBVS

Hujus vero generis terminus, scil. præclusivus, est, qvando
præclusivi. ulterior via jus suum deducendi in judicio præcluditur.
Cui expressa adjici solet comminatio sub poena juris,
qvæ nil aliud infert qvam præjudicium, qvod jus in casum
contumaciae ordinavit; qvandoqve sub poena præjudicij
præfigitur terminus, qvod & sub poena præclusi, seu præ-
conclusi, exprimi solet. Cujus clausula hic est effectus,
ut elapso termino acta in contumaciam pro conclusis ha-
beantur, nec contumax amplius audiri debeat. Ejusdem
effectus est formula, si terminus pro omni, vel semel pro
semper præfigatur, qvæ omnem ulteriorem termini pro-
rogationem denegat. Denique in processu provocatorio,
vel Concursu Creditorum, usitata est citatio, cui inseritur
terminus præclusivus, sub poena perpetui silentii. Et qvæ
ejus generis formulæ sunt reliqva. Requiritur tamen hic,
ut, facta accusatione contumaciae, desuper lata fuerit sen-
tentia. MEV. P. VIII. D. 58. n. 4.

§. X.

III.) in pro-
rogabiles &
non proro-
gabiles.

III.) Denique termini alii sunt prorogabiles, alii non
prorogabiles. Regulariter judici competit facultas ter-
minum præfixum ad instantiam partis differre vel pro-
trahere; non vero coarctare vel contrahere. Integra
tamen est judici termini præfixi ad instantiam partis an-

ticatio
ante, s. post L. C. præfixi, peremtorii & præjudiciales sunt,
ita ut mox in Contumaciam procedi possit, v. PUFEND.
Introd. in Proc. Civilem Brunsvic. Luneb. Part. II. cap. 4. §. 2.
In Saxonia contra electoralii ad id requiritur, ut citatio fiat
sub præjudicio. v. Chur. Sächs. Procesz Ord. P. IV. §.
Qvod & in Ducatu Guelverbitano exigitur, teste PUFEND.
cit. loc. & in terris R. Borussiae introducuntur, per Edictum de
abbreviandis litibus de 1736. §. 10.

ticipatio ac mutatio, ubi scil. alteri parti nil nocet, modo
adversario intimetur. MEV. P. IV. D. 197. MARTINI c. I.
Tit. IV. §. 3. n. 18. sq. & in Addit. ibid. Sunt tamen ter-
mini legales, fatalia dicti, qvæ nullam nec judicis nec
partium admittunt prorogationem; ut infra suo loco
observabimus.

§. XI.

Post distinctionem terminorum varia qvoque perlu- Varie denotat
stranda sunt prædicata terminorum, in jure nostro occur- minationes
rentia. Sic 1.) ratione computationis terminus *a quo*, terminorum,
dicitur illud temporis punctum unde initium capit ne-
gotium judiciale; *ad quem* vero, qvo usqve tempus, actui
judiciali præfinitum, excurrit. 2.) ratione actuum in
judicio peragendorum, qvorum intuitu præfigitur, varias
accipit denominations. Sic terminus *comparitionis* dicitur qvi ad comparendum; v. Ord. Reg. Dicast. P. II.
T. 7. §. 1. terminus *Procedendi*, intra quem actus judi- rogramma T. 7.
cialis peragendus. RODNIG in ff. Camer. L. II. Tit. 22.
Term. *Recognitionis*, qvi ad agnoscendum manum & docu-
menta; *Liquidationis*, qvi, existente casu mutui debiti, vel
Concursu Creditorum, ad deducendam liquiditatem cre-
diti præfigitur. Huc etiam pertinet terminus *probato-*
rius, qvi suscipienda in judicio probationi est determi-
natus, & hac ratione infinitum nobis concipere possumus
terminorum judicialium numerum, pro infinita multi-
tudine negotiorum, in judicio peragendorum, qvorum
intuitu terminus præfinitur. 3.) Ratione formæ, termi-
nus dicitur *angustus*, qvi nimis arctus & negotio gerendo
parum sufficiens est. Cui inde opponi solet exceptio
termini nimis angusti; *admissus* dicitur, qvando altera
parte contradicente judex sententia interlocutoria ter-

minum, vel in totum, vel in tantum, admittit. v. *Comin. Decret. Cameræ Imp. de 1651. die 3. Mart. §. 3.* Terminus *anticipatus* est, quando pars ante lapsum termini præjudicialis præfixi suo officio fungitur. vid. *Ord. Cam. imp. P. III. cap. 46.* Terminus *prorogatus* autem est, quando utraqve, vel altera pars litigantium in termino præfixo emanet, qvæ tum parti comparenti expensas termini circumducti refundere tenetur. Circumductio autem termini neque ad causas mandatorum & executionum, per ea, qvæ habet SCHWANMAN in *Proc. Cam. L. I. C. 31. n. 8. §. 12.* neque ad terminum legalem pertinet, qvi neglectu non dicitur circumduci, sed purificari. BLUM. in *Proc. Cam. Tit. 66. n. 10. & Tit. 76. n. 5.* sed saltem in Citatione simplicis querela obtinet.

Differentia
vocis termini

1) a Tempore

2) ab Instantia.

3) a Fatali.

§. XII.

Differt Terminus 1.) *Tempore*, qvod denotat duratio negotiorum, sive judicialium, s. extrajudicialium, indefinitam. Nisi certo sit determinatum; quo casu cum termino coincidit. Sic tempus interponenda idem est ac terminus interponenda appellationis. 2) ab *Instantia*, qvæ qvidem continuam series multorum actuum judicialium coram eodem iudice, usqve ad sententiam denotat; & sic etiam terminum litis instantiam significare, supra notavimus. Hic vero terminus speciatim denotat tempus, singulis actibus judicialibus præfixum, & hinc ad illius differentiam propriæ terminus juris audit. 3) a *Fatali*, ut genus a specie. Hoc enim usu fori dicitur terminus, qvi sua natura præjudicialis est, ita, ut eo elapsi alteri parti mox nascatur jus qvæsumum. Qvamvis proprie de terminis, qvibus remedia sententiam impugnativa includuntur, prædicetur.

Cap. II.

Cap. II.
DE
TERMINIS JUDICIALIBUS
SPECIATIM,
ET QVIDEM
PRIMÆ INSTANTIAE.

§. I.

In hac tractatione ipse ordo Processus nobis viam I. De termi-
monstrabit, quem sequi ratio praesentis argumenti no citationis.
exigit. Primum itaque agendum erit de termino ordi-
nario *prime citationis*. Hic jure Rom. erat dilatorius, J. Romano,
& jure ff. intervallum X. dierum complectebatur; Cum
autem haud præcisam comparendi necessitatem exigeret,
sed emanens novo edicto citandus esset, hoc non minus
spatium X. dierum includebat, quo termino itidem
frustra elapsa, tertia vice, eodem spatio constrictus in
judicium vocabatur, qui ultimus, hinc peremptorius di-
cebatur. I. 68. *sqq. ff. de Jud.* Nonnunquam tamen hoc
edictum post tot numero edicta, quæ præcesserunt, denuo
datur; quod existimare oportet eum, qui jus dicit, pro
conditione causa vel personæ, vel temporis I. 72 d. Tit.
Ordinarium vero terminum dilatoria citationis, scilicet
descendii, Imp. JUSTINIANUS mutavit in vicendum.
v. Nov. 53. C. 3. Nov. 82. C. 6. Nov. 96. C. 1. Conf. MATH.
STEPHANI in Comm. ad Nov. 53. n. 5. & ad Nov. 115.
n. 15. pr. & tandem ad spatium XXX. dierum extendit.
Nov. 112. Cap. 3. Quo de tamen ambigit UMMIUS ad
Proc. Diff. VII. n. 5. Jure Canon. non certum tempus
præfixum, sed arbitrarium est, intra quod deliberare
potest reus, cedere velit liti, an contendere. cap. II. x. de
J. Canon.

J. German.
antiquo
&
moderno ca.
merali.

Procur. c. 5. §. Si vero. x. Ut lite non contest. c. 5. x. de Appellat. Jure antiquo Germanico citatis præfigebatur spatium septem vel quatuordecim (c) dierum, & tertia citatio, ipso jure erat peremptoria. Jure tamen Camerali ad præscriptum jure Canon. terminus erat arbitrarius pro loci propinquitate vel longinquitate. v. *Recess. Imp. Ratisb. de 1594.* §. 1. verl. Nach einer schweden Sache Wichtigkeit Ferne des Weges und Erwiegung anderer Umstände gute geräume termine ansehen. Conf. GAIL. I. Obs.

c) Jure antiquo Germanico duplex in usu erat Citatio, alia fiebat a Judge, quæ dicebatur *bannire*, a bannen, gebieten, & de hac ita sese habent verba *Capitul. 3. de a. 813. Cap. 41. apud Dn. GEORGISCH p. 785.* Ingenuus, si per Comitem, aut per *Misum suum*, bannitus fuerit, *infra Comitatum, de maxima causa, super noctes quatuordecim ad placitum veniat;* *Si minor causa extiterit, super noctes septem ad placitum veniat.* Alia a. fiebat ab ipso actore, quæ dicebatur *mennire*, quasi mahnen, & tum prima vice reo indulgebatur terminus 7. secunda vice 14. tercia vice 21. & quarta vice 42. noctium. Qvod si his terminis haud comparebat, bona sua arresto detinebantur, donec causam suam perageret in judicio; Intra annum autem non comparente reo, bona sua addicebantur actori & filio regio. vid. Dn. *Joh. Leonh. Haushilds Gerichts-Berfassung der Deutschen, pag. 131. sq.* Unde est, qvod Saxones hodiernum terminum septidui observent; De quo v. *JO. SAM. STRYCKII D. de Jure Septidui, in specie, de Septiduo Processus Saxonici. Halæ 1702.* & plerisque in locis terminus quatuordecim dierum habeatur pro ordinario. Qui tercia vice iteratus vel 3. vel 6. Septimanarum spatium includit. Quales in judiciis nostris sunt frequentissimi. In Saxonia hodie indistincte omnes Citationes, exceptis edictalibus, spatium 6. septimanarum & 3. dierum in se continet; qui terminus dicitur eine völlige Sachische Frist, v. *MARTINI c. l. L. IV. §. 1. n. 185. sqq.*

I. Obs. 53. n. 20. Obs. 91. n. 13. Jure tamen Camerali non vissimo, terminus vicendii observatur, ita, ut, cum tres dilatorii uno peremtorio includantur, hic ad minimum spatium sexaginta dierum complecti debeat. vid. Recess. Ratib. de 1654. §. 36. Würde hierauf der citirte n. versl. den Termin wenigstens auf 60. Tage anzusehen. (d) Nec ultra 4. mensis facile est extendendus, v. Rec. all. §. 84. Excipitur citatio quæ additur mandatis S. C. ubi 30. die- rum spatium in usu est. v. MARTINI Proc. for. Tit. IV. §. 1. n. 182. sq.

In Patria nostra & quidem in S. Tribunali Wismar, J. Pomeran, terminus citationis triplicatum tempus 14. dierum, & sic 6. Septimanæ, continere debet; uti expresse provisum In Judicio s. Tribun. in ejus Ordinat. judic. P. II. T. 4 §. 1. ibi: Dass von Zeit der Bekündigung der Cirke 6. Wochen Frist zu gutem Bedacht und Anschickung haben inde, alle Citationes aber peremtorie seyn, und 14 Tage zum ersten, 14 Tage zum andern, und 14 Tage zum dritten Termin eingeräumet werden. In Judicio provinciali aulico olim 5. Septimanæ, R. Dicasteria, §. 36. dies erant præfixæ. vid. Ordinat. Dicaster. de 1566. §. 569. Tit. von Gerichts-Ladung. §. 1. ibi: Sollen hinferner alle

(d) Unde Citationibus Cameræ consveta inseritur Clausula: Hierum heischen und laden wir euch, von Römisch-Kaiserl. Macht, auch Gericht und Rechts wegen, daß ihr auf den Sechzigsten Tag, den nächsten nach Überantwort- und Bekündigung dieses, deren wir euch zwanzig für den ersten, zwanzig für den andern, zwanzig für den dritten, letzten und endlichen Rechts-Tag, sezen und bekennen, peremtorie; oder, ob derselbe kein Gerichts-Tag seyn würde, den nächsten Gerichts-Tag darnach, selbsten, oder durch einen gevollmächtigten Anwalt, an demselben unsern Kaiserl. Cammer-Gericht erscheinet.

alle *Citationes peremtorie* mitgetheilet, und dahin gerichtet werden, daß dem Bekl. 12 Tage für den ersten, 12 Tage für den andern, und 12 Tage für den dritten, letzten und *peremtori* Gerichts-Tag angesezt. it. §. 2. ibi: Der Kl. den Bekl. eine Copey mit der *Citatione* ganzer 36 Tage vor den ernannten Gerichts-Tage zeitig zuschicken. it. §. 3. dieselben 36 Tage vor den angesehenen Rechts-Tag insinuiren. Cum qua concordat *recentior editio de 1672.* P. II. T. 6. §. 2. §. 3. ubi in summariis terminus praefigendus arbitrarie, pro ut partes loco judicii vel vicini, vel ab eo remoti sunt, modo non ultra 4 hebdomades extendendus; Qvod in *Recessu Visitationis de 1707. n. 57.* ita extensum, ut diffitis in provincia terminus 4 septimanarum non sit praescindendus, vicinis vero ultra 3 septimanæ non sint indulgenda; In ordinariis vero causis semper citatio fieri debet in juridicam proximam, modo hanc spatium 36 dierum antecedat, alias terminus differendus in sequentem juridicam, cum expresso injuncto, ut, si eo termino dies juridicus haud foret, seqvens sub intelligendus sit. c. I. §. 2. §. 4. In Reg. Consistorio terminus, pro multitudine causarum & longinquitate locorum, variat. In causis levioris momenti autem, teste ejusdem *Ordinatione* P. II. §. 17. sqq. & P. III. C. I. §. 2. cognitio ac tentamen amicabilis compositionis Præposito cuiusque Synodi, cui persona litigantes subsunt, est committendum, simul tamen ad reum decerni debet citatio, cui inferendus terminus 4. hebdomadum, eum in finem, ut, si lis interea non fuerit sopia, partes coram Consistorio compareant ibique finem litis exspectent. P. III. C. I. §. 3. In Judicio Licentæ, secundum ordinationem ejus de 1683. d. 22 Nov. §. 3. terminus itidem est arbitrarius, doch daß eine so lange

R. Consisto.
rii.

R. Licentæ.

lange Zeit fürgesetzet werde, ut verba sonant, in welcher der Beklagte gnugsame Frist haben könne, sich einzustellen. Jure Lubecensi nullum certum præfinitum est tempus, sed id relictum est judicis arbitrio. v. Part. III. Tit. i. art. 7. ibique MEV. in Comm. n. 23. Fallit itaque MARTINI in Proc. Tom. IV. §. i. n. 196. qui ex verbis, exempli loco a Mevio hic adductis, concludit, terminum ordinarium jure Lub. 4. septimanarum esse præfixum.

In Civitate Sundensi, juri Lubecensi stricte alias inhærente, vi Transactionis Civium de 1616 Art. i. §. 2, quo-
tannis novem juridicæ solennes ordinatæ sunt, cui plures
addere Senatus promisit in Ordinat. judic. cap. i. §. 5.
Causa itaque ab actore in judicium deducta, reus in pro-
ximam juridicam citatur. c. l. Cap. XIII. §. 1. In causis
liquidis, quæ documentis & instrumentis probandæ, mox
decernendum mandatum cum clausula de solvendo.

In Judiciis inferioribus Civitatum, Praefectoriarum In aliis Judi-
atque Nobilium arbitrarius plerumque servatur terminus, ciis inferio-
ita, ut & in proximum diem quandoque fiat citatio; in-
primis autem in causis Peregrinorum coarctandus est
terminus, adeo ut quandoque eodem die reus ad compa-
rendum citetur, noch Vormittags, oder Nachmittags, oder
vor Untergang der Sonnen. v. Dn. PRÆSILIS Disp. de
Jure Peregrinorum, vom Gast-Recht.

§. II.

Terminum citationis excipit terminus *infinitus* II. De Ter-
tionis. Jure evidem communi certus terminus insi-
nuationi Citationis haud præfinitur, nec quoque eodem
mino infinitus
indicationis,

C

indi-

indigemus. (e) Ex adductis tamen in §. præced. locis ordinationum judicialium patriæ appareat, qvod extrahens si citationi certus insertus fuerit. comparitionis terminus, citationem istam parti adversæ tempestive insinuare debeat, qvo citato sufficiens maneat spatiū deliberandi, num cedere, num vero litem suscipere velit, eoque casu præparatus & instructus in judicium veniat; Alias, si insinuatio Citationis nimium procrastinatur, & hoc ipso spatiū deliberandi coangustatur, reo competit exceptio termini nimis angusti. Ideoqve in S. Tribunalis Wismaniensi, exigente ita ejusdem *Ordinatione Judicaria c. l.* insinuatio ante 6 septimanas, i. e. 42 dies; In R. Dicast. autem ante 5 hebdomades, seu 35 dies, comparitioni præfixos, fieri debet. Et judec ex officio curare debet, ne hic terminus citato coangustetur. vid. *Ord. Dic. c. l.*

§. 3. verbis: Und sollen unser Verwalter und Räthe wann bey Decretirung der Citation befindlich, daß die insinuation 36 Tage vor der erst bevorstehenden juridica nicht geschehen können, den terminum auf den Rechts- Tag, so nächst folget, hinaus setzen; die Procuratores und Anwalde auch, wenn sie ex documento factae insinuationis vermerken, daß die Citation nicht 36 Tage ante termini

(e) Terminus enim cum a die insinuationis saltem incipit currere; v. §. *anteced.* ibique not. (d) subiecta autem formula citationis, *in* verbis: den nächsten nach Überantwortung und Verkündigung dieses sc. citatis ad comparendum certum præsigit terminum: seqvitur, ut integrum illud spatium termini citato ad deliberandum inservire debeat. Ideoqve jam ante, quam terminus citationi insertus, currere incipit, insinuatio citationis fieri debet. Qvod tamen non adeo stricte in praxi a parte extrahente solet servari, nec a citato attendi.

terminum dem Beflagten verkündiget worden / solche Ladung bey Straffe eines Gulden nicht reproduciren/ sondern bis auf den nächstfolgenden Rechtes Tag einstellen. In S. Tribunali, ubi in processu appellationis citatio fit ad totam causam, haud certus definitur dies, sed in generale a die insinuationis demum terminus comparitionis computandus. Ne autem incuria Procuratoris vel partis insinuatio nimium differatur, & sic lites protrahantur, in Ordin. ejus P. IV. Tit. 4. §. 3. legimus sancitum: Wir wollen aber / daß / nachdem die Ladung oder Mandata erkannt / solche vom Procuratore ungesäumt abgefodert und zur execution, inwendig den nechsten 30 Tagen / von Zeit dero Ausbringens / verschaffet ; sonst aber derselbe sowol als das Part / wegen der Nachlässigkeit und Verzögerung/ jede auf einen Reichsthaler für jede Woche/ so hierin protrahiret / bestrafet werden.

§. III.

Termini quoque Feriarum in judiciis innotuere, in III. De Ter. quibus cessant actus judiciales. Generalia de Feriis hic minus Feria adferre, opera haud erit pretium, cum Commentatores rum ad Tit. ff. de Feriis & Dilat. in iis tractandis sint occupati. Saltem, prout scopo nostro praesenti inservit, notanda est primaria distinctio earum in *divinas & humanas*. Illae sunt, quæ cultui divino dicatae ; Haec vero, quæ ob utilitatem publicam a negotiis forensibus eximuntur. Utræque iterum sunt vel *solennes*, vel *minus solennes*; Et porro vel *ordinarie*, quæ statim temporibus recurrent; vel *repentinæ*, quæ nullo ordinario tempore inclusæ, sed incerto plane termino indicuntur.

Eorum de-
terminatio
in S. Trib.
& R. Dicast.

De ordinariis, quatenus in supremo appellationis judicio, quod Wismariae est, servantur, disponit hujus judicii *Ordinatio P. II. T. 9. §. 1.* In R. Dicasterio easdem itidem determinat ejus *Ordinat. judiciaria P. II. T. 7. §. 1.* Utraque tamen in determinandis feriis divinis ordinariis, utpote diebus Sabbathi, Festorum & supplicationum publicarum, inter se convenit, saltem quod ratione terminorum quibus justitium includitur, nec non intuitu feriarum minus solennium, aliqualem inter utramque deprehendamus differentiam. Sic divinæ, minus solennes, die Apo-
stel-Tage/ in S. Tribun. ab actibus judicialibus vacant, si in eos incident solennes, ut dicimus, audientiæ; quos tamen haud curat R. Dicasterium. Porro Feriæ nativitatis Christi in S. Trib. incipiunt a die St. Thomæ, quæ incidit in diem 21. m. Decembr. & currit usque ad Festum trium Regum, qui est dies 6. Jan. Cum contra in Reg. Dicasterio incipiunt currere, a die pro Festi, qui est 24. Dec. usque ad diem dominicam, Festum trium Regum proxime insequentem, quæ 9. est Januarii. Feriæ Paschales autem in Sum. Tribu. numerantur a die Pro-Festo dominica Palmarum usque ad dominicam Quasi modo geniti; Cum qva Ordinat. Dicasterii conspirat; sicut & determinatio Feriarum Pentecostalium, per totam istam septimanam utraque loco eadem est. Cumque tota hæc septimana etiam in Ord. Dicast. est expressa, recte monet *Recess. ad b. §.* verba, quæ hic textui Ordinationis irrepsere: nicht eingerechnet/ sondern ausgeschlossen/ plane superflua esse. Saltem ultimo adhuc notanda est utriusque ordinationis in determinatione feriarum Messium discrepantia. Hæc in S. Tribun. incipiunt a die 12. Julii & excurrunt usque ad diem Ægydii, qui volvitur in 1. Sept.

In

In R. Dicast. autem terminus ad qvem harum feriarum restrictus est ad 24. August. qvi Bartholomæo sacratus. Haud itaque inter has ferias sationis tempus connume-
ratur. v. LEYSER in *Medit. ad ff. Spec. 35. m. 4.* nec tempus scenifecii, die Heu-*Erndte*, qvod circa Festum Visitat. Mariæ, scil. die 2. Julii incipit, licet & eadem o-
cupatio hoc tempore districtos tenet agricolas. Jūdex tamen, casu existente, pro ratione circumstantiarum, in concedenda dilatatione haud nimium erit difficilis.

Qva Reg. Consistoriorum eqvidem per ordinationem In Regio
ejus judiciariam huic judicio nullæ expresse præscriptæ Consistorio.
sunt feria. Interim tamen divina solennes ubiqvè loco-
rum, & sic etiam hic, sua gaudent exemptione ab omnibus
actibus secularibus; Adeo, ut etiam in causis Clericorum
haud facile termini comparitionis præfigantur in dies, Fe-
sta sacra proxime antecedentes; ne hi a sacris, qvibus tum
ipsos incumbere decet, detrahantur occupationibus vel
meditationibus. Quemadmodum etiam in feriis Meßium
haud facile Clerici aliaeque persona agriculturae operam
dantes, in judicium citari solent. In *Ordinatione Judic.* In Judicio
Sundensi Cap. XVI. seqventi ordine dies feriati, qvibus Civitatis
filet in hoc judicio strepitus forensis, præfixi leguntur;
Sundensis.

- 1.) Die ganze Martini-Woche.
- 2.) 14 Tage vor und 3 Wochen nach Weihnachten.
- 3.) Dies Conversi Pauli. 4.) Purificationis Mariæ.
- 5.) Die Fastnacht-Woche. 6.) Annunciationis Mariæ.
- 7.) 8 Tage vor und 8 Tage nach Ostern.
- 8.) 14 Tage vor und 8 Tage nach Pfingsten.
- 9.) Johannis Baptiste. 10.) Visitationis Mariæ.
- 11.) Michaelis. 12.) Aller Heiligen Tag.
- 13.) Alle Sonntage. 14.) Die August-Ferien, so sich vom 16. Jul. bis den 24. Aug. erstrecken.

Superat hic numerus ordinarium supremorum judiciorum; Nec desunt querelæ, observantiam novum additum augmentum. In reliquis judiciis inferioribus res omnis dijudicatur secundum præscriptum Ordinat. Reg. Dicast. Cui quoque semet accommodat Ordinat. judic. Civitatis Gryphisw. de 1707. Cap. III. §. 9. Accedit praxis cuiusque judicii specialis, pro multitudine tamen diversorum judiciorum Patriæ haud determinanda.

§. IV.

Effectus Hisce feriatis diebus clausæ sunt regulariter Judiciorum portæ, nec citatus in iis comparere necesse habet, sed opponit exceptionem Feriarum, quæ ei auferri nequit, sed, quod in iis, se absente, in judicio actum est, dicit nullum. MEV. P. III. D. 276. n. 7. nec opus habet appellatione, sed sufficit saltem excepsisse eum. MEV. P. II. Dec. 276. Id, quod in omni judicii parte ipsi integrum est. CARPZ. P. I. C. 3. d. 22. Ne tamen termini frustrando nimium protrahantur, expresse in *Ordin. Sum. Tribun. P. II. T. 9. §. 8.* cautum legimus: Würde der letzte Tag des Terminus in die Ferien, oder auf einen Feiertag fallen, soll der nächstfolgende Gerichts-Tag an dessen statt als bestimmt, gelten und gebraucht werden. Competit etiam exceptio Vindemiarum, vel messium iis, qui nequidem in messibus occupati sunt; CARPZOV. c. l. Modo tamen vindemiarum, vel messis, eo locorum obseruentur. v.

Differentia inter divinas & humanas. LEYSER in *Medit. ad ff. Spec. 35. m. 8.* Interim tamen quæ ferias divinas, solennes nempe, & humanas hæc intercedit differentia: Quod diebus feriatis omnes actus publici & privati quiescere debeant, & quicquid in hisce sacratis diebus in judicio peragitur, effectu juris destituantur.

tuatur. v. MARTINI Proc. Tit. 20. §. 3. n. 158. & impr. Tit. IV. §. 1. n. 120. 122. 129. § 170. Ideoque judex hanc exceptionem ex officio supplet. v. BESOLDI Delib. jur. L. II. ff. C. x. Nec litigantes eidem renunciare possunt, eti Princeps vel Papa consentiat. MARTINI c. l. T. IV. §. 1. n. 165. sq. Exceptis tamen causis, qvarum disceptationem pietas vel necessitas fvatet, qvas & diebus sacris tractari convenient. MARTINI c. l. n. 134. sq. Nec non iis, qvæ periculum in mora secum veklunt, utpote investigatio & capture delinqventium, MARTINI c. l. n. 132. Evidem in Ordin. S. Tribun. P. II. Tit. 9. §. 2. expresse hic cautum legimus: Wenn die Sachen keinen Verzug leiden, jedoch daß die termini comparitionis auf keine Feiertage angefsetzt werden. Idem quoque inserunt verba Ordin. judic. Sundens. c. l. §. 2. Jedoch da Sachen, so privilegiirt oder keinen Verzug leiden, vorkommen, sollen dieselbe in den Augst, und andern ferien, so vornemlich zu Gottes Ehren und Heiligung seines Namens nicht angestellet, nichts destoweniger behdret, und darinn, wie Rechts, verfahren werden. Qvod tamen pro urgente necessitate, qvæ nulla lege adstricta est, suum recipit temperamentum. (f) E contra, in feriis humanis, ut ut solennibus, non tantum hi actus, qvos necessitas urget, in judicio peragi possunt, sed & alia causæ privilegiatae admittuntur, utpote Aedificiorum. v. MEV. P. VI. D. 261.

In

- f) Hujus rei heroicum qvondam exemplum statuit Papa SIXTUS V. in delinqvente, qui in ipsa nocte, qvæ Festum Nativitatis Christi immediate præcedit, nefandum raptum commiserat, quem mox deprehensum in prima feria solenni patibulo suspendi jussérat; Verbis, ad justificandum factum illud optime pertinentibus, usus; qvæ legi merentur in Descriptione vita ejus Lib. X. p. 324.

In ordinatione judicaria Sundensi eximuntur causæ, in quibus amicabilis tendanda compositio, aut summaria quædam cognitio instituenda. v. *Ordin. judic. Sund. c. l.* ibi: *Zingleichen ist zugelassen an denselben Tagen gütliche Handlung zu pflegen/ und auch in allen Sachen summarische Erfundigung vorzunehmen.* item Cambii. *Cap. XI. §. 13.* Porro pro ratione circumstantiarum causæ Peregrinorum, & quibus in praxi adnumerari solent causæ fiscales; imo omnes causæ summariae, ubi de simplici & plano proceditur, reo quantumvis contradicente; modo iudex consentiat. v. *MARTINI c. l. n. 146. sq.* At enim vero, hisce causis, nisi specialis lex vel observantia hujus illiusve judicij, vel etiam præsens necessitas aliud efflagitet, hoc privilegium merito denegamus; Nec quoque eidem in Patria nostra, silentibus ea de re Ordinationibus nostris judiciariis, ut ut *Ordin. Dicab. P. I. T. 2. §. 6.* earundem maturationem præ reliquis exigat, locum concedimus. Privilegium enim feriarum, a lege generaliter indulatum, citra legem specialem litigantibus non iterum adimendum est. Renunciari tamen eidem potest a litigantibus. *MARTINI c. l. n. 162. § 164.* modo renunciatio fiat expresse. *LEYS. c. l. m. 3.* Imo & tacite eidem renunciatur, si utraqe pars compareat. Ideoque, neglecta hac exceptione, judicem procedere posse, censet *ARUM. P. II. D. XI. n. 22.* Qvod si vero per Procuratores huic exceptioni renunciari debet, speciale ad id requirit mandatum *LEYS. c. l. in Coroll. I.*

§. V.

IV. De termino tractationis causarum judicialium. Sequntur termini juridici, tractioni judiciali destinati, hos ratione judiciorum, nec non causarum in judicium deductarum, variare, supra *Cap. I. §. 7.* jam observavimus.

Hic

Hic speciatim eorum differentia erunt inculcandæ. In S. R. Tribun. & quidem in causis ordinariis, terminus est ab una juridica usque ad alteram; Qya de re *Ordin. jud.* In Sum. Reg. Tribun.

P. II. Tit. 9. §. 3. seqventem in modum disponit: Der gerichtlichen termine halber ist unsere Verordnung, daß in causis ordinariis von einem Gerichts-Tage zum andern verfahren, und der folgende allezeit pro termino legali gehalten; auch ob in dem Bescheide derselbe nicht expresse gemeldet, oder das Part zur Verhandlung Zeit gebeten, oder sich erbosten, noch dessen gedacht hätte, nichts desto weniger als ausdrücklich bestimmet, observiret, und dabey nicht anders, als wenn er ausgedruckt, verfahren werden solle. Termini autem Juridicarum solennium, pro numero quadrantum anni, quatuor sunt præscripti, secundum Ordinat. P. I. T. XX. §. 2. Cujus verba ita se se habent: Sollemnach verordnen wir, daß im Jahr vier solenne Audienzen oder Gerichts-Tage, alle Quartal, und der

- 1.) auf den Montag nach Antonii,
(Ipsum Festum Antonii incidit in diem 17. Jan.)
- 2.) auf den Montag nach Misericordias Domini,
(Qvæ est altera dies dominica post Fest. Paschatos.)
- 3.) auf den Montag nach Visitacionis Mariæ,
(Quod festum recurrit quotannis in diem 2. Julii.)
- 4.) auf den Montag nach Galli,
(Quod festum affixum est diei 16. m. Octobr.)

angestellset und gehalten werden sollen. Ita tamen, ut, proportione circumstantiarum, & causarum meritis, judici facultas relictæ sit, etiam intra terminum istum ordinarium alium præfigeridi extraordinarium, salvo de cætero processu ordinario. v. *Ordin. S. Tribun. P. II. T. 9. §. 5.* In processu summario, seu causis extraordinariis, terminus

qvidem est arbitrarius, ne tamen arbitrium plane illimitatum sit, praefixus est terminus sex septimanarum; Ita disponente *Ordinat. c.l. §.7.* Damit jedoch auch deswegen eine Gewissheit seyn möge, so sezen wir den terminum der Ordnung auf eine 6 wöchige Frist und wollen, so oft kein anderer terminus gemeldet oder präfigiret wird, daß derselbe attendiret und gefolget werden solle.

In R. Dicasteri.

In Judicio R. Dicasterii, ubi restrictior terminus judicialis obtinet; v. *Cap. I. §.7.* arbitrio judicij relictus, teste *Ordinatione ejus judiciaria P. II. T. 7. §.2.* Qvod si vero in decreto nullus certus terminus expressus, in causis ordinariis terminus 6. in Summariis vero 3. septimanarum præscriptus est; De illo agit *Ordin. c.l. §.3.* Wenn aber decreto judiciali kein anderer terminus expresse gesetzt, soll derselbe in ordinariis jedesmal, ob er nicht erkannt oder exprimiret, an dem nächstfolgenden Gerichts-Tage seyn, und die Parten dasselbe, was ihnen oblieget, es sey in dem Decreto enthalten, oder nicht, sub poena contumacia zu verhandeln schuldig seyn. De Juridicis autem solennibus ita dispositum legimus *P. I. Tit. IV. §.1.* So ist jener halben verordnet, daß sie 6 mal im Jahr sollen gehalten werden, auf folgende Zeit und terminen:

- 1.) Mittwochen nach Fabiani und Sebastiani.
(Quorum Sanctorum memoria celebratur d. 20. Jan.)
- 2.) Mittwochen nach Oculi.
(Qui incidit in mensem Martii.)
- 3.) Mittwochen nach Jubilate.
(Qui terminus itidem ambulatorius est, & quandoque finem mensis Aprilis, quandoque vero initium m. Maii attingit.)
- 4.) Mittwochen nach Johannis Baptista.
(Cui dies 24. Junii dicatus.)

5.) Mitt-

5.) Mittwochen nach Aegydi.

(Cujus Festum celebratur die 1. Sept.)

6.) Mittwochen nach Simonis und Judæ.

(Qvorum memoriaz destinaſtus eſt dies 28. Octobr.)

De hoc vero, ſcilicet termino in ſummarioriis, all. §. 3.
Ordinat. judicari. Tit. VII. ita diſponit: In ſummarioriis
& extraordiñariis aber, der gewöhnliche terminus, von
3 Woehen zu 3 Woehen, und ein jeder, ob ſolche Zeit
auch nicht angeſeht, was gebühret, in ſolchen 3 Woehen
ein und fürzubringen ſchuldig, da es nicht geſchehe, in
contumaciam das Hofgericht zu verfahren bemächtigt fey.

In R. Confitorio, ubi cauſe ſummariter aguntur, ob- In R. Confift.
ſervantia terminum 14. dierum tractationi judiciali præ-
ſcripſit, ita tamen, ut circumſtantiarum, longiorem qvan-
doque terminum poſcentium, qvandoque habeatur ratio.

In Judiciis Civitatenſibus non minus termini judiciales In Judicio
coarctati ſunt. In Ordinat. Judic. Sundensi Cap. I. §. 4. Civitatis
ita legimus proviſum: Welche nicht extrajudicialiſche
Sachen ſind, verbleiben an ordentliche gewöhnliche Audi-
enzen und Rechts-Tagen verbunden; & porro Cap. XII.
§. 1. § 2. ibi: In andern Sachen, welche inter ſumma-
riis nicht gehörig, ſoll von Gerichts-Tagen zu Gerichts-
Tagen, vermidge der Ordnung, verfahren werden. Deni-
que Cap. XV. §. 1. hac de re ſequentia legimus: Wenn
in den ordentlichen Gerichts-Tagen von einem zum andern
zu verfahren iſt, ſoll ein jedweder mit ſeiner Nothdurft den
nächstfolgenden ſets einkommen, und ſolcher pro termino,
wenn es bereits nicht exprimiret, gehalten werden. Es
wäre, denn aus bewegenden Ursachen ein längerer termi-
nus beſtimmet worden. Solennes autem dies juridicæ 9.
præscriptæ ſunt in Transact. inter Senat. & Cives inita

de 1616. art. 1. & in Ord. Jud. Cap. I. §. 5. In causis summariis autem, seu extra judicialibus, terminus 14 dierum obtinet. Disponente ita *Ordin. jud. Cap. XV. §. 2.* Wenn extrajudicialiter procediret wird, soll zum längsten von 14 Tagen zu 14 Tagen der terminus gesetzet, und, da ohne Meldung eines gewissen termini etwas den Parten aufgelegt, inwendig solcher Zeit sub poena contumacia gehorsamet werden. Causæ autem cum varia sunt, quæ in hisce judiciis peraguntur, hinc quoque pro earum discrepantia, diversi prescripti sunt termini. Sic in causa amicabilis tentatae compositionis partibus octiduum deliberandi spatium indulatum *Cap. X. §. 7.* In causis liquidis, quæ ibidem recensentur, in mandatis ad ultimum terminus 14 dierum, quo frustrato, novus, qui octidui spatium continet, sub poena executionis præfigitur, & denique tridui spatium monitorio inseritur. *Cap. XI. §. 5.* In causis cambii vero tridui spatio tractatio judicialis includitur. *c. l. §. 13.* In reliquis judiciis Civitatenibus obseruantia plerumque terminum 14 dierum, si in scriptis causa agitur, observat.

§. VI.

In hisce itaque terminis qualibet pars, quæ ei incumbunt, proferre ac tractare debet. Quod si vero terminus expresse in decreto non nominatus, tum in ordinariis semper subintelligitur proxima juridica; In summariis terminus legitimus est observandus, in quo partes sub poena præjudicij, & ut in contumaciam procedatur, injunctione observare debent. v. *Ordin. S. Tribun. P. II. T. 9. §. 3. §. 4.* *Ordin. R. Dicast. P. II. T. 7. §. 3.* *Ordin. judic. Sund. Cap. XV. §. 1. §. 2.* Quod si tamen forte contingat, quod terminus, seu ultimus ejus dies, in ferias incidat, tum

Quinam terminus intellegendus, si certus non expressus?

Vel expressus in ferias incidat?

tum non minus in proximam juridicam res est differen-
da, qvæ loco termini præfixi attendenda. *Ordin. S. Trib
P. II. T. 9. §. 8.* Würde der letzte Tag des termini in die
ferien, oder auf einen Feiertag fallen, soll der nächstfolz-
gende Gerichts-Tag an dessen statt, als bestimmet, gelten
und gebraucht werden. Qvamvis autem hic terminus ^{An judex}
legalis est, nihilominus tamen judici integrum est, pro ^{eum potest}
ratione circumstantiarum eundem coangustare. *Ordinat.
S. Trib. P. II. T. 9. §. 5. §. 6.* *Ordin. Dicast. P. II. T. 7. §. 2.*

Qvod si vero pars intra terminum injunctio non funga- ^{Non vero}
tur, nec dilationem petat, judex, accusata modo ab altera ^{dilatare.}

parte negligentis contumacia, (cum hæc non nocet, nisi
accusata. MEV. P. V. D. 290. n. 8. P. VIII. D. 170. n. 4. §. 5.

D. 357. n. 1.) haud ex officio novum terminum præfigere
vel dilationem indulgere, potius in contumaciam proce-

dere debet. *Ord. R. Dic. P. II. T. 9. §. 4.* Dilatio enim ^{Nisi dilatio}
non datur nisi petita. MEV. P. VI. Dec. 383. n. 4. Petita ^{fuerit petita}
vero dilatione ex justa causa, ^{ex justa causa.}

reddere debet, eandem indulgere potest. *I. fin. ff. de Fer.
l. 1. C. de Dilat.* *Ordin. S. Trib. P. II. T. 9. §. 12.* *Ord. Reg.*

Dic. P. II. T. 9. §. 5. *Ord. jud. Sund. c. l. §. 3.* MEV. P. II.
D. 270. n. 7. P. III. D. 124. n. 4. Terminii autem jam elapsi

nulla datur prorogatio. MEV. P. VI. D. 13. Quid vero
circa restitutionem contra lapsum termini obtineat, do-

cet *Ord. S. Trib. P. II. T. 9. §. 13.* *Ordin. R. Dicast. P. II.*
T. 7. §. 7. *Ord. jud. Sund. Cap. XV. §. 4.* In concedendis

itaque dilationibus caute ac circumspete agere debet
judex, aliumque mox sub præjudicio præfigat, qui ipso
jure currit, ita, ut, elapsi eo, etiam non accusata ab versa
parte contumacia, huic jus qvæstitum accrescat, qvod
absqve causæ cognitione & prævia restitutione in inte-

grum ipsi adimi haud debet. *Ordin. S. Tribun. P. II. T. 9.
§. 10. & 13.* Qvod si autem hic terminus præjudicialis
cum habeat dilatio?

Hoc judicis
arbitrio re-
lictum;

ob durans impedimentum legale nimis angustus sit, parti
integrum est altera vice ejus dilationem petere; In alio
vero termino simplici jam prorogato, nova dilatio non,
nisi cum comminatione præjudiciali, indulgeri debet;
Cum termini semel prorogati nova prorogatio absque
submissione legali locum non habeat. Disponente ita
Ordin. S. Trib. P. II. T. 9. §. 11. Apparente autem deinceps
causa dilationis fallax, proinde res esse debet, ac si
non esset impetrata, & sub & obreptitie eandem impe-
trans mulctam incurrit; vid. *Ordin. S. R. Tribun. P. II.
T. 7. §. 12.* & *Ordin. Reg. Dicast. P. II. T. 9. §. 5.* MEV.
Part. IX. Decis. 24. MARTINI c. I. Tit. X. §. 2. n. 82.
STRYCK in *Introduct. ad Prax. forens.* Cap. VIII. §. 5.
Interim tamen in genere notandum, dilationes judici
arbitrarias esse, ideoque circa eas, qvod æquum arbitra-
bitur, decernendi potestatem ipsi relictam esse. *I. I. & fin.
C. de Dilat.* *Ord. S. Trib. P. II. T. 9. §. 10.* *Ord. Dic. P. II.
T. 7. §. 2.* Conf. MEV. in *Indice Decis.* ibi: *Dilationis
materia judici arbitraria est.* Ideoque, cum justaappa-
reat causa, seu impedimentum inevitabile, ad dandum
dilationes haud debet esse difficilis, sed in dubio semper
eas concedere, MEV. *P. I. D. 135. n. 4.* *P. V. D. 231. n. 7.*
& petita data censetur, si non denegatur. MEV. *Part. V.
Dec. 161.* *P. VI. Dec. 213. n. 3.* STRYCK c. I. *Cap. 8. §. 6.*
Imo, non tantum si a parte rogetur, sed etiam ex officio
indulgentia latioris dilationis post terminum elapsum
fieri potest, nempe ubi æquum videtur, ut tribuatur.
MEV. *P. V. Dec. 231. n. 5. & 6.* *P. VIII. D. 202. & 203.* Vel
si adsit impedimentum, qvod lapsum notorie impedit.

Lapsus

Lapsus enim termini non censendus est ex temporis,
qvod dictum, adventu, sed ex ejus, qui observare debuit,
præstandi facultate. MEV. P. V. D. 310. § 315. P. VII.

D. 68. Multo minus semel concessam dilationem, novo Semel datam
decreto, haud attenta durantis impedimenti causa, iterum judex revo-
coarctare judici convenit. MEV. P.I.D.5. n. 2. & Dec. 135. potest.

Interea enim, dum terminum præfigit, concessa nova
dilatione, nil innovare debet, sed officium ejus quiescit,
& si quid factum, ipso jure nullum habetur, secundum
regulam: qvod pendente dilatione, perinde ut interposita
appellatione, nihil fit innovandum. MEV. P. IV. D. 197.

n. 1. MARTINI in Proc. Tit. XX. § 5. n. 59. *sqq.* Quod Qvod limi-
tamen fallit, quoties hoc ipso non nocet adversario, tatur.
nec ejus interest, servari terminum. MEV. P.I.D.5. n. 5.

vel ubi terminus alteri sicut præfixus sicut ipsius causa.

MEV. P. IV. D. 197. n. 3. § 4. Ultimo adhuc notandum, Impetrata
in novissimo Visitat. Recess. Reg. Dicast. n. 49. salutariter dilatio partii
injunctionem esse impetranti dilationem, ut mox eandem adverſa est
notificanda, ad partis adverſa notitiam perducat, copiamque decreti
cum originali insinuet, qui in copia attestetur, se rece-
pisse originale decreti, ad evitandas superfluas accusatio-
nes contumacia & sumptus in eas impendendos; ad quos
refundendos alias pars negligens alteri tenetur.

§. VII.

His terminis generatim peragendi sunt actus judi- V. De termi-
ciales. Haud tamen insolens est, in quibusdam actibus no Recogni-
ratione termini, seu temporis, quo in judicio instituendi tionis vel
vel peragendi sunt, speciatim quid esse determinatum; juratae differe-
quod, pro ut notatu præ primis dignum nobis videbitur,
observabimus. Sapissime in praxi contingit, actorem in-
tentionem suam fundare in instrumento liquido, seu
guaren-

guarentigato, (quale sit, describitur in *Ordin. S. Tribun. P. II. Tit. 6. §. 1.* & *§. 5.* nec non in *Ordinat. Reg. Dicast. P. II. T. 2. §. 4.* & *§. 5.* it. *Ordin. judic. Sundens. Cap. XI. §. 6.*) cuius origina vel copiam vidimatam libello annexit; Quo casu quidem mox mandatum cum clausula de solvendo, intra terminum in summaris usitatum, (scil. in *S. Tribunali*, 6, in *R. Dic. 3. septimarum*) praefigitur, simul tamen intra illum terminum novus reo praefigendus est terminus, seu certus dies, quo instrumentum illud, quod tum in origine ipsi est producendum, vel recognoscatur, exceptionesque, quas forsitan habet, omnes opponat, vel etiam jurato illud diffiteatur. De quo videbis *Ordin. S. Trib. P. II. T. 6. §. 1.* ibi: Inwendig denen vorberegeten 6. Wochen ein Terminus angesetzt. It. *Ord. R. Dic. P. II. T. 2. §. 5.* & *§. 6.* ibi: Er auf einen inwendig solchen Termin bestimmen, Tag für Gericht erscheinen Hand, Siegel und andere Schriften recognosciren. Reo, in termino haud comparente, aut excipiente, mox, exhibito ab actore facta insinuationis documento, manus vel instrumentum habentur pro recognitis, & sine clausula ipsi mandatur præstare id, quod antea sub clausula ipsi erat injunctionem; nec amplius audiendus est reus, exceptis saltem casibus, in *Ordinat. Sum. Tribun. P. II. T. 6. §. 2.* indigitatis. Comparente autem reo & exceptiones suas proponente, judex has ponderat, & si irrelevantes, mox rejicit, v. *Ordin. Sum. Trib. cl. §. 3.* si autem revelantes apparent, vis mandati suspenditur, donec partes super exceptionibus ad duplicas utque tractaverint. V. *Ord. S. Trib. cl. §. 4.* *Ord. R. Dic. cl. §. 6.* Qua ex causa, scilicet, ut mox in termino recognitionis super relevantia exceptionum judicetur, in

in utroque Receſſū Viſit. R. Dicāſt. ad h. §. n. 51. Ⓛ 43.,
 judici ſerio injunctum, ut, recognitionem in pleno con-
 ſeffu judicij institui, curet. At enim vero, parum con-
 veniens judicamus, fi judeſx terminum recognitionis
 multum ante terminum ſolutioni præfixum determinat.
 Integrum enim 6. vel 3. hebdomadum ſpatium debitorū
 eſt indultum, fruſtra itaqve actor, in termino recognitio-
 niſ anticipato comparens, impendit ſumtuſ, reo poſteā
 intra terminum ſolvente. Magis itaqve consultum erit
 parti, fi judeſx terminum recognitionis, in ultimum vel
 proxime ſequentem ſolutioni præfixum diem, rejicit, qvia
 tum, emanente reo, de animo ejus refractario plenius
 conſtat.

§. VIII.

Eodem fane modo res comparata eſt cum termino 2. De Ter-
 in Proceſſu mandatorum uifitato, qvo reuſ citatur in certo
 termino ad docendum, ſe mandato paruiſſe, vel ad vi-
 vendum ſe incidiſſe, ſeu condemnari in poenam. Qva
mino man-
datorum &
citationis
 de citatione agit Ord. S. Trib. P. II. T. 6. §. 7. ad qvam ſe
 refert, qva hunc paſſum, Ordin. R. Dicāſt. P. II. T. 5. §. 7.
 Occurritur qvidem hiſce mandatis per exceptionem ſub
 & obreptionis. Ord. S. Trib. P. II. T. 6. §. 11. qvæ ſuſpendit
 effectum mandati, illudqve reſolvit in nudam citationem.
 MEV. P. I. D. 126. n. 3. COCH. in Praxi Fori German.
 P. III. Tit. ſub Ⓛ obrept. Si vero nullius momenti, vel
 anterioris indaginis deprehendatur, denuo, reſervata
 priori poena, novus reo præfigitur terminus, qvo, ut priori
 mandato ſatisfaciat, iſpi ſub graviori poena injungitur;
 Qvod ſi vero prægnantes videantur cauſaſes, proceſſu man-
 datorum ulterius res peragitur. Ord. S. Trib. c. l. In qvo
 termini non ultra ordinarium, in cauſis ſummariaſ uita-

E tum,

tum, sunt extendendi, omnesque dilatationes sedulo evitandæ, v. Ord. Reg. Dicast. P. II. T. 2. §. 8. Cujus passus observantia in noviss. Recessu Vixit. n. 44. inculcatur.

**3. De termino
in causa amicabilis compositionis,**

Simile quoque exemplum occurrit in causis, quæ amicabilis compositionis tentandæ gratia, arbitris commissariorum, ubi extrahens, intra terminum citationi insertum, a commissione certum brevemque terminum ad amicabiliter item componendam præfigi, curare debet, quo, spe obtainendæ compositionis frustrata, judicium in termino præfixo item decidere queat. v. Ordin. R. Dicast. P. II. T. 3. §. 3. Ea propter in Reg. Consist. prolixior, nempe 4. hebdomadarum hoc casu præfixus est terminus. v. Ord. Consist. P. III. C. I. §. 3. At, in praxi nequaquam hoc obtainere videmus, causa enim ad Commissarios remissa, eorundem relatio prius exspectari solet, quam ultius in causa procedatur.

**4. residue
mercedis Fa-
mularum, ac
Opificum.**

Porro in causis Famularum, nec non Opificum, mercedem promissam, documentis liquidis innixam, exigentium, mox decernitur mandatum sine clausula, de solvendo intra terminum quatuordecim dierum; quod & obtinet, quantumvis documentis destituantur actor; quo casu in dicto termino reus citatur, ad videndum, actorem ius suum in judicium deducendum, juramento confirmare, quo præstito, res mox executioni mandatur. v. Ordin. R. Dicast. P. II. T. 2. §. 8.

**5. In causis
Arrestorum.**

§. IX.

In causis quoque Arrestorum, certi observandi veniunt termini. Arrestum quidem est remedium aliquod extraordinarium, odiosum & regulariter illicitum, cum sit species quædam executionis; Hinc circumspete a judice est decernendum, & quidem, non nisi in subsidium, ubi juris

juris copia ordinaria via facile capi nequit. Interim tamen, prout utile & necessarium quandoque securitatis obtinenda in judicio remedium est, ita & sanctum & inviolabile necessitas & utilitas illud facit, & ubi petitio ejus justa, non est denegandum; imo si temere illud fiat, judex ad interesse conveniri potest. Qya de re videri potest GAILIUS & MEVIUS integris Tractatibus, & hic speciatim in *Decis. S. Tribun. passim*, in *Indice*, sub Tit. *Arrestum*. Conf. *Ord. S. Trib. P. III. T. 3. §. 2. 3. §. 4.* *Ord. R. Dicast. P. III. T. 5. §. 1. 2. §. 3.* ibique *Recess. Visit. n. 80.* Ne itaque hoc remedio in damnum alterius quis abutatur, salutariter in Ordinat. nostris judiciariis cautum, ut impetrans illud intra certum tempus prosequatur; quo plenius docet iustitiam impetrati arresti. Huic in *S. R. Tribun.* positus est terminus 6. septimanarum a tempore impetrati arresti, in *R. Dicast.* autem 3. septimanarum, v. *Ord. Dic. c. I. §. 4.* quo neglecto, arrestum relaxandum & impetrans in restitutionem damni & expensarum condemnandus. *Ord. S. Trib. c. I. §. 5.* MEV. *P. V. Dec. 241.* n. 3. *D. 285. n. 1. §. 2.* Idem repetitur *Ord. R. Dicast. c. I. §. 4.* In Civitatibus jure Lubecensi donatis, ubi ob debitum etiam arrestum personale locum invenit, impetrans intra proximam juridicam arrestum prosequi obligatus est. v. *Jus Lubec. P. IV. T. XI. art. 4.* & *P. V. T. IV. art. 4.* In Civitate Sundensi pro diversitate circumstantiarum ac rerum, vel proxima juridica, vel etiam terminus unius mensis, prosecutioni est praefixus. v. *Ordin. Judic. Civit. Sund. Cap. XXXIII. §. 14.* Ubi simul §. 18. intervenienti, qui in eandem rem ab altero arrestatam, arrestum petere vult, terminus octidui a die scientiae, modo ante sententiam interventionem instituat, praefigitur. Postquam

impetrans arrestum legitime fuit prosecutus, haud ultra binas positiones discussio causæ impetrati arresti est protrahenda, & mox sententia, cui brevis terminus arbitrius præfigendus, terminanda. v. *Ord. R. Dicast. c. l. §. 5.* ibique *Rec. Visit. n. 81.* Cessat vero illa prosecutio in ea specie, ubi pro executione rei judicata arrestum impletatur. v. *MEV. P. V. D. 285. n. 3.* Nec etiam pertinet iste lapsus ad eum, qui agere non potuit. *MEV. c. l. n. 4.* Arresti in civilibus optima medicina est cautio, i. e. oblatâ a debitore cautione relaxandum, haud tamen inaudito impetrante; Ideoque libellus, quo offertur cautio, cum impetrante prius est communicandus, vid. *MEV. all. II.* Hic tamen terminus communicativus non ultra 3. hebdomades, ubi impetrans longe diffitus est a loco judicii, extendendus est. v. *Ord. R. Dic. P. III. T. 5. §. 6.*

§. X.

6. In Con-
cursu Cre-
ditorum.

In Processu Concursus Creditorum non minus certi observandi sunt termini. Ante omnia debitori, seu provocanti ad concursum, incumbit certum extrahere terminum, in quem Creditores ad liquidandum jura sua per proclaimata publica citentur. Huic in *Ordin. R. Dicast. P. III. T. 6. §. 4. §. 8.* spatium 6. septimanarum est præscriptum. Mox in primo termino debitor inventarium exhibere ac ad juramentum cessionis sement offerre, Creditores autem debita non tantum designare, sed & liquidare, & de bonis interim curandis cum debitore confilia agitare debent. v. *Ord. c. l. §. 5. 6. §. 10.* ibique *Recess. Visit. n. 83.* Qvod si hic finis non obtineatur, secunda Citationi inseri debet intimatio subhastationis, & de emtore in secundo termino tractari debet. v. *Ord. c. l. §. 7.* Cura extrahendi pro-

ET QVIDEM PRIMÆ INSTANTIÆ.

proclamata incumbit debitori ipsi, qvamdiu bonis im-
moratur, & qvidem intra octiduum huic officio eum
defungi, exigit *Ordin. Dicast. c. I. § 9.* Eo vero cessante,
creditoribus facultas concessa Advocatum communem
constituendi; Incumbit tamen Reg. Dicast., Creditoribus
Concursum excitatum intimare, quo facto, hi intra ter-
minum 14 dierum, qui est præclusivus, confilia capere
& Actorem constituere debent, ni lapsø termino, vel
inviti R. Dicast. potestatem constituendi Actorem com-
munem ex officio, indulgere velint. v. *Ord. R. Dicast. c. I.*
ibique *Recess. Vistat. n. 86.* In tertio denique termino
plenior ac ultima deductio jurium prioritatis a parte
Creditorum exspectanda, nec ulterior in scriptis admit-
tenda est. Terminus hic est peremptorius ac præclu-
sivus, ita, ut contumacibus silentium hoc ipso impona-
tur, (g) acta pro conclusis habeantur & mox terminus

E 3

ferendæ

- (g) Ita disponit *Ord.R. Dic. all. §. n.* At enim vero, in praxi lis
nondum sopia inter Doctores, a quo tempore creditores ab
ulteriori liquidatione præcludantur. Æquitas omnino svadet,
dispositionem ordinationis nostræ judicariæ faltem ac-
cipere, de vere negligentibus ac contumacibus, non
autem de iis, quos ignorantia vel alia justa causa excusat.
His enim per sententiam præclusivam demum viam ulte-
rioris liquidationis præcludi, imo & contra hanc ex justa
causa restitutionem concedi, praxis diu probavit. Confir-
mabo hanc sententiam judicato A. Fac. jurid. nostræ, in
causa Consul N. N. e Civitate Megapolit. a Judicio Can-
cellariae Justitiae Sverinefis a. 1741. m. Martii huc transmissa,
ubi rationes dubit. ac decid. ad Num. 3. hunc in modum
fluunt: Zwar scheint denen Liquidantibus zu præjudiciren,
daß sie sich allererst post terminum liquidationis gemeldet,

v. L. 6. C. de Remiss. Pign.

BRUNNEM. in Proc. Conc. Cred. cap. III. §. II.

ferendæ sententia prioritatis indicatur. v. *Ord. R. Dicab.* c. l. §. 11. Nec quoque sententia ultra proximam juridicam est differenda. v. *Ord. Dic. c. l. §. 11.* ibique *Rec. Visit.* n. 119. § 88. De Stylo Civitatis Sundensis, qui in causa Concursus Creditorum ibidem servatur, ex professo agit *Ordinat. judic. Sundensis tot. Cap. XXXVI.* Reliqua, quæ spectant ad formalia hujus processus, plenius adiscenda sunt ex scriptis Practicorum, quorum larga messis prostat.

De reliquis negotiis judicialibus, non tam ad certum terminum, quam potius ad alios actus judiciales adstrictis, utpote de tempore proponendi exceptiones tam dilatorias, quam peremptorias, instituendi reconventionem, praestandi juramenta &c. prolixe hic agere, haud ex re erit, cum in iis non explicite, sed saltem implicite terminorum ratio habetur, & sic ad scopum nostrum haud spectare videntur.

§. XI.

KOESELIUS in spec. Disp. de sola Citatione edictali legitime facta, ad Creditorum ignororum præclusionem sufficiente.

Diesveil aber fass durchgehens die praxis, daß die Creditores allererst per sententiam prioritatis præcludiret werden:

v. MEVIIUM P. III. 252. n. 2.

LUDOVICI in Proc. Concurs. cap. ult. §. 7.

SCHOEPFER in D. de Jure præclisonis Credit. a iudicio concursus §. 5. §. 6.

Auch, wenn gleich bey denen Fürstl. Canzeleien in Mecklenb. die praxis üblich; quod mox finita liquidatione Creditores latitantes præcludantur, so sider dennoch, prævia summaria causa cognitione, absque ulla ambagibus eine restitutio in integrum contra factam præclusionem statt.

v. Celeb. MANZELII Disp. de Juribus singularibus in Megap. circa processum concursus Cred. §. 6.

§. XI.

Presso itaque pede^r progredimur ad terminos *Sententia*, quid circa illas notatu dignum videbitur, obser-
vaturi. Posteaquam conclusum est in causa, Judex vel ipse
pronunciat, vel transmissionem actorum decernit. (b)
Hæc in S. Tribun, cessante quamvis causa in *Ord. S. Trib.*
P. II. Tit. 38. §. 23. adducta, usū haud obtinet; In Reg.
Dicast. vero aliisqve judiciis patriæ maxime freqvens est;

V. De ter-
mino senten-
tiae.

(b) *An ex utilitate sit, acta ad extraneam Facultatem trans-
mitti?* a nonnullis non absqve rationis specie in dubium
fuit vocatum. Conquerit valde de abusu hujus consuetu-
dinis VENTURA de VALENTIIS (quo nomine latet JURGA
VALENTINUS WINTHERUS, JCtus Pomer.) in *Parthenio*
Litigioso cap. XI. L. I. n. 19. Contra quem calumniam strin-
xit H. RENNEMAN in *Jurisprud. Rom. Germ. Disp. 39.* At
enim vero, insigne hoc esse beneficium, praxis universæ
Germaniæ comprobat, saltem qvod certis in causis hæc li-
centia justa ratione denegetur, vel certo modo restringatur;
conf. H. GUNDLINGII Disp. de *transmissione actorum in*
LL. Imp. permissa ejusque repetitione. Ext. in collect. Disp.
ejus n. 14. TOB. JAC. RHEINHARTS Disp. de *transmissio-*
nis actorum jure ejusque abusu. Erfordii 1726. F. G. STRUVE
Disp. de *Uso & abuso transmissionis actorum.* Kilon. 1744.
Sic alicubi locorum eadē interdicta in prima instantia,
item in supremis Tribunalibus, vel in causis criminalibus,
vel concursus creditorum, & qvæ sunt reliqvae. In patria
nostra speciatim transmissionis actorum interdicta in causis, die
Aussteuer Sachen in Lehnen betreffende, per *Recess. provinc.*
de 1633. art. 14. ubi simul ratio subjungitur. Porro ex com-
muni judiciorum praxi receptum, ut unaqvaque vice non
ultra excipere liceat, quam contra tres Academias, licet in-
tegrum sive partibus, contra omnes Scabinatus excipere. Ut
expresse arbitrio partium relictum in *Ordinat. Dicast. Po-*
mer. ulterioris. Cuius rei hæc unice videtur ratio, qvod in
Academis olim jura exotica Romana ubique vigerent ac

in casu nempe, ubi lis intercedi privatim cum Domanio.
 v. Ord. Dic. P. II. T. 2. §. 6. ibique Recess. Visit. n. 47. vel
 ubi paria adsumt vota, quibus casibus ex officio utriusque
 partis sumtibus sit. v. Ord. R. Dic. P. II. T. 30. §. 11. § 16.
 vel ad instantiam partis, quo casu pars, transmissionem
 urgens, tempestive mentem suam ad acta declarare de-
 bet. In causis autem Civium Sundensis, coram R. Di-
 cast. litigantium, post conclusionem in causa adhuc 6.
 Septimanarum spatium his indultum, intra quod trans-
 missionem petere licet; Id quod in Transact. inter
 Principem PHILIPPUM JULIUM & hanc Civit.
 a. 1615. initam, art. V. v. 6. ita fuit conventum. Semper
 autem transmissio actorum, a partibus petita, sumtibus
 fit potenter. Ord. R. Dicast. c. l. §. 17. § 19. all. Transact.
 inter Princ. & Civit. Sundens. c. l. Idem quoque in Reg.

Con-

tractarentur, Scabini contra juri Germanico tenaciter nimis
 inhärenterent; cum tamen omnis Germania iam juri suo do-
 mestico nuntium misisset, & novitatis studiosa, exotica ado-
 raret. Quod si ad collegium exceptum acta fuerint trans-
 missa, sententia est ipso iure nulla. V A N T I U S de nullitat.
 p. 250. BERLICH. concl. 50. n. 15. 19. KLEIN. in Disput. de
 suspecto judge cap. V. in Collect. p. 604. LANGIUS in D.
 de transmissione actorum. vid. tamen LUDOVICI Civil. Proc.
 cap. XXIV. §. 13. sq. LEYSER in Med. ad ff. Spec. VI. m. 9.
 Ante omnia hic Advocatum decet esse sollicitum in inqui-
 rendo in principia, quibus dediti sunt Facultatæ, ne admit-
 tat ejusmodi Academias, quæ causa sua minus patrocinantur;
 Inservit huic stratagemati ANONYMI Observatio juris
 pract. de Academias Germaniae in transmittendis actis caute-
 excipiendo; Lugd. rectius Magdeb. 1722. 4. Quod sche-
 diasina spirare creditur odio in primis erga Academias
 super. Saxon. Hinc non multo post cum observationibus
 refutatorii recusum fuit. Ultraj. rectius Halæ 1722. 4.

Conſit. ſervatur. v. Ord. Conſit. P. III. cap. 3. §. 3. Nec non in Judicio Civit. Sundensi. v. ejus Ord. Cap. XXVIII. §. 3. & 7. sqq. ut & Civitatis Gryphiswaldenſis. vid. ejus Ordinat. judic. T. IV. §. 6. Anteqvam vero acta transmittuntur, certus ad irrotulandum acta partibus indicit. De termino irrotulatio- tur terminus, qui tamen eſt arbitrarius, in quem partes citantur, ad videndum irrotulari acta. v. Ord. Dic. P. II. T. 30. §. 18. all. Transact. inter Princ. & Civit. Sund. c. I. Ordin. judic. Sund. c. I. §. 7. Hæc citatio non præcisam in termino reqvirit comparitionem partium, ſed arbitrio ipsarum relictum eſt, num comparere, acta revidere & quæ ex re iplis videntur, ad protocollum monere velint; v. Ord. jud. Sund. c. I. §. 8. modo non, quæ merita cauſe tangunt, deducant; Conſilia tamen JCTorum Ordinationes provinciales aliaque originalia, ad quæ in retro actis ſe retulerunt, exhibere & actis adjungere, iplis integrum eſt; Actis remiſſis, itidem a judge novus præfigendus & ad videtur eſt terminus ad recognoscendum ſigilla & videndum dum aperiri aperiri acta. De quo diſponit Recess. Viſit. R. Dic. P. II. T. 30. ad §. 16. & 18. n. 65. Quæ tamen itidem citatio non coarctatoria, ſed faltem monitoria eſt, ut practi loquuntur; Id eſt, partium arbitrio relictum num in termino aperturæ comparere, vel judicis fidei id unice committere velint. v. Ord. jud. Sund. c. I. §. 11.

Qvod ſi vero ipſe judge domesticus ſentiam ferre ſi ipſe judge neceſſe habet, tum diſtingvendum eſt inter cauſas ſummariorum & cauſas personalis, eīnes marias, quæ in termino comparitionis personalis, ſententiam Dic. Vorbescheideſ & quæ in scriptis tractatae fuere; Illo caſu, Judge in termino, poſtqvam ad duplicas usque a partibus in judicio fuerit tractatum, tentata prius amicabili com- poſitione, decretum, qvod Recessus, ein Abschied, vel

F. Be:

Behörsbescheid/ (i) audit, concipere atque partibus eadem, vel etiam proxima, die publicare debet. v. Ord. R. Dic. P. II. T. 2. §. 15. ibique Receff. Visit. n. 46. Ord. R. Consil. P. III. Cap. 3. §. 1. ut itaque his in casibus speciali citatione partium ad audiendam sententiam non sit opus. v. Receff. Visit. R. Consil. ad b. §. n. 30. Conf. Ordin. Jud. Sund. Cap. XXVIII. §. 2. Recedit hic paululum Ordin. Judic. Gryphica Tit. IV. §. 4. ubi hoc casu dispositum legimus: Zur publication der Urtheil sollen Parte, daferne die Seche durch mündlichen Vortrag so weit gekommen/ des Tages ante publicationem durch den Diener mündlich citiret/

(i) Qvam acriter DD. de genuina nota differentia inter sententiam & Decrerum Germ. eine Urtheil und Abscheid, inter se, vereor, ne Andabatarum more digladiantur, videre est apud LUDOVICI in Proc. Civ. cap. XXV. §. 1. sgg. qui ipse confundit primum Decretum cum Receffu. Illud fit ad suppliciam alterius partis; Hic vero, proprie Abschied, s. Verhörs Bescheid dictus, promulgatur causa cognita ejusque decisionem continet. Tum in ponenda differentia in cortice verborum hærere videtur. Est omnino realis differentia inter Sententiam & Receffum. Illa promulgatur, quando res in scriptis fuit tractata, sive in processu ordinario, s. summario, id fiat. Ideoque etiam in Consistorio Sententias promulgari videmus. Hic autem locum habet, quando causa oraliter in iudicio fuit tractata, sive id contigerit in processu ordinario, s. summario. Ideoque etiam in R. Dicast. innotuerit Receffus: Germ. Bescheid, vel Behörs Bescheid, id qvod ipsa vox satis clare indigitat. Qui si non tam merita cause, quam potius directionem processus respicit, dicitur: Directorial-Abscheid, si vero menta cause, nonnunquam ein abhelfsicher Bescheid audit. Si iudex ex officio Decretum concipit, qvod normam futuram in Processu ab Advocatis, Procuratoribus vel partibus observandam praescribit, dici solet ein gemeiner Bescheid.

citiret, und dessen relation vom Secretario, alsbald nach geschehener Vorladung, ad Protocollum gebracht werden. In causis tamen ordinariis & si in scriptis causa fuerit deducta, eadem speciali decreto, quod cum duplica reo ordinariis communicatur, conclusio actorum decernitur, & sententia proxima, vel hanc proxime seqvens, determinatur iuridica, hac formula: *Wird ad acta genommen, und dem Gegenthil copia, jedoch zur weiteren Handlung nicht/ sondern conclusio actorum erkannt, und soll proxime, vel post proximam, die Urtheil erfolgen.* Tum partibus hoc beneficii indultum, ut acta ad revidendum & monendum, si forsitan defectum quendam deprehendant, intra proximum octiduum ipsis exhibenda sint; quo termino neglecto, acta ad referendum traduntur. v. *Ord. S. Trib. P. II. T. 38. §. 4.* & quidem hic etiam referenti certus praesitus est terminus, quo acta Directorio judicij mature ad correferendum communicet; qui in *S. Trib.* est 4. hebdomadum, v. *Ord. S. Trib. P. II. T. 38. §. 7. & 8.* in *R. Dicast.* vero 14. dierum. v. *Ord. R. Dic. P. II. T. 30.*

§. 1. ibique *Recess. Visitat. n. 82.* In hisce enim causis ordinariis & quæ in scriptis tractatae sunt, sententiae publicationis publicatio in proximam juridicam, vel si hic terminus minimum arctus sit, in sequentem nec ultra, differenda. v. *Ord. S. Trib. P. II. T. 38. §. 4. 6. 8. 9. Ord. R. Dic. P. II. T. 30. §. 1.* ibique *Recess. Visit. n. 82.* Conf. *Ordin. judic. Sund. Cap. XXVIII. §. 1.* item *Ordin. judic. Gryph. §. II.* Nec etiam hic speciali citatione ad audiendam indiget, cum terminus solennis juridicæ jam omnibus innotuerit. In Regio autem Consistorio, ubi solennes juridicæ non in usu sunt, hoc casu eapropter mos introduxit hodie que servat, quod actor post conclusionem in causa speciali

ciali supplica petat præfigi terminum ad publicandam sententiam, quo pro arbitrio judicis determinato, reus, citatione in scriptis concepta, ad audiendam citatur.

§. XII.

VI. De Ter- Sententia judicis est vel *interlocutoria*, quæ Germ.
mino proba- ein schlechtes, unterredliches, oder *Bey-Urthel*, appellatur,
torio. v. Ordin. S. Tribun. P. III. T. 9. §. 1. in fin. vel *definitiva*,

nostro idiomate eine *End-Urthel* dicta. Illa judex litem non plene determinat, sed saltē punctum incidentem decidit, vel normam ulterioris processus determinat. Id quod maxime & sèpissime contingit exigendo ab una alteraque parte Probationem, vel, si suscepta hactenus non sufficiens ipso fuerit visa, meliorem reqvirens. Probatio in judicio, vel mox ab initio actionis per documenta aut testes suscipitur; (De quo casu plene agit Ord. R. Dicast. P. II. tit. 19. § 20. ubi autem intuitu terminorum nil peculiare obtinet;) Vel etiam, discussa causa, judex aliquid probandum in ea desiderat, quod ad definitivam causæ decisionem facere arbitratur; quo casu alteri litigantium sententia interlocutoria probationem injungit. Huic itaque probationi, ad præcindendos litium anfractus, simul certus præfixus est terminus, *Probatorius* dictus, intra quem pars probatione injuncta fungi necesse habet; vel documenta ad rem pertinentia producendo, vel ad ocularem inspectionem provocando, vel etiam articulis probatorialibus testimoniū fidem sollici-
tando; Qvod jam ad determinationem hujus termini attinet, neque Jure Civili, neque Jure Canon. certus terminus est præstitutus, sed post publicatas etiam attestations, ad conclusionem usque, instrumenta producere licet.

Qui nec Jur. tando; Qvod jam ad determinationem hujus termini Civ. nec Can. attinet, neque Jure Civili, neque Jure Canon. certus terminus est præstitutus, sed post publicatas etiam attestations, ad conclusionem usque, instrumenta producere licet.

licet. c.9. x. de *fide Instr.* KNORRII *Uebeit zum Proceß.*

cap.9. §.2. At hodie ubique fere locorum per Ordina- Secus autem
hodie.

tiones judiciales probatio ad certum terminum est re-

stricta, saltem qvod iste non ubique eundem temporis

tractum includat. v. LUDOV. Civ. Proc. Cap. XV. §. 10.

Qvod si itaque per Ordinationes judiciales certus termi-

nus non præscriptus, judicis est illum præfigere, nec

prius currere incipit. v. MEV. P. III. Dec. 173. n. 3. §. 4.

In nostra Patria in causis summariiis, ut in reliquis, vide In Patria no-
stra, in causis
summariiis est
arbitrarius.

Supra §. V. sic & hic multum judicis arbitrio pro gra-

vitate causæ, ac probationis injunctæ, locique distantia

aliarumqve circumstantiorum diversitate, relictum est.

v. Ord. S. Trib. P. II. tit. 23. §. 1. Ord. R. Dicast. P. II. tit. 2.

§. 7. Ord. Conf. P. III. cap. I. §. 5. Quod si vero nullus

certus a judice præscriptus est terminus, observandus est

is, quem ordinatio in aliis causis summariiis voluit præ-

scriptum. In causis ordinariis autem, si per documenta,

aut ocularem inspectionem probatio peragitur, proxima In causis or-
dinariis, &
quidem in S.
Tribunali.

semper juridica pro termino eidem est præfixa. Quod

si testibus probatio instituenda eorumqve effata articulis,

hanc in rem conceptis probatorialibus, exqvirenda sint,

qva longiorem plerumque temporis tractum reqvirit, &

sic ad dilatandam litem optimum sufflamen præbere

solet, ad pelleendas moras salutariter Ordinationibus judi-

cariis præscriptum, ut proxima juridica pro termino ad

probandum sit præfigenda, qvi simul instar primæ dila-

tionis sit habendus. v. Ord. S. Trib. Part. II. tit. 23. §. 2.

Ord. R. Dic. P. II. tit. 21. §. 4.

In R. Dicasterio autem paulo aliter proceditur, & In R. Dicast.

indistincte terminus 4. hebdomadarum hic præscriptus.

v. Ord. Dicast. P. II. tit. II. §. 17. ib. dazu aber zugleich ein

ein terminus probatorius hincque peremtorius intwendig
 4. Wochen angesezt werden; in welchem der Beweisfüh-
 rende die articulos probatorios übergeben; commissionem
 extrahire; und die attestata oder documenta einbringen. 2.
 Singulare hoc est, qvod, cum alias terminus legalis in hoc
 judicio sit vel 3. vel 6. hebdomadum, in hoc tamen casu
 probationis iste præcise ad 4. hebdomades sit restrictus.
 Unde etiam in *Recess. visit. noviss. n. 54.* notanter dispo-
 situm legimus: *id, qvod alias de terminis legalibus*
dicitur, ad hunc terminum nequaquam trahendum esse.

In R. Consist. est 14 dierum. Secundum *Instructionem Reg. Consistor. Part. III.*
 cap. 1. §. 6. intra quatuordecim dies articuli probatoria-
 les judicio sunt offerendi, quo facto Reg. Consistorium
 mox commissionem decernit, qva intra 4. hebdo-
 madum spatium attestata testium, s. rotulum, judicio in-
 finuare, hoc vero extemplo terminum ad aperiendum &
 utriqve partium certum terminum ad deducendum præ-
 figere tenetur. Sæpe contingit, ut utraqve pars litigan-
 tium, qvod in primis, si lis in con- & reconventione agi-
 tatur, accidit, ad suscipiendam probationem fit adstricta,
 quo casu utriqve communis præfigendus est probandi
 terminus. v. *Ord. R. Dic. P. II. tit. 18. §. 1. & 2.* qui in-
 tuitu actoris dicitur reprobatorius. Ideam autem in hoc,
 quam illo obtinet, nisi ordinations judiciales singulo-
 rum locorum speciale quid ordinaverint, ut prolixe ad-
 fert *MARTINI* in *Proc. for. tit. XXI. §. 1. n. 16. sqq.*

§. XIII.

Terminus probatorius semper est peremtorius
 MEV. P. I. D. 134. no. 8. P. IV. D. 148. no. 11. tit. VI. D.
 300. n. 1. P. VIII. D. 49. qui habet vim præclusionis. P.
 VIII. D. 58. n. 2. hinc, si impedimentum obveniat parti,
 qvod

Terminus pro-
 bat. est per-
 emtorius.

quod intra illum terminum probatione defungi non pos- Attamen
fit, ante ejus lapsum prorogatio est petenda, cum nun- prorogabilis.
quam tam stricte ac præcisè observatur, qvæ ex iusta
causa ad instantiam partis prorogari queat. MEV. P. III.
Dec. 385. modo probetur statim impedimentum inevita-
bile. MEV. P. VII. D. 68. Post lapsum autem termini
inutilis est ejus prorogatio MEV. P. VI. D. 213. n. 2. In
dandis autem dilationibus non nimis largum decet esse
judicem. Modum itaque & hic præscripsere ordinaciones
nostræ judiciaria. In causis enim summaris, unica sal-
tem locum invenit dilatio, qvæ pro omni, & quidem
mox cum solennitate legali, i. e. præstito juramento, con-
cedenda. Ord. S. Trib. P. II. tit. 5. §. 2. Idem etiam ob-
tinet in processu ordinario, ubi documentis probatio
perficienda. Ord. S. Trib. P. II. tit. 23. §. 1. Qyanqvam
tamen & hic non omnis ulterioris prorogationis favor
exulet, secundum MEV. P. I. D. 51. n. 13. §. 14. Quod
si autem testibus res agitur, secunda dilatio, causa impe-
dimenti demonstrata, eaqve ulterius perdurante, etiam
tertia; imo olim, secundum Ordinat. Dicast. Dualem
de a. 1566. tit. 51. etiam qvarta cum solennitate legali; ast
hodie non ultra tertiam, qvarta penitus sublata, conce-
denda est dilatio; secundum Ordinat. S. Trib. P. II.
tit. 23. §. 2. Ord. R. Dic. Tom. II. tit. 21. §. 1. MEV. P. V.
D. 139. §. 315. n. 1. P. VI. D. 383. MARTINI Proc. tit.
XX. §. 5. n. 47. sqq. In Ordin. judic. Sundensi qvarta
hodiendum permissa, qvæ demum cum solennitate legali
indulgenda. Ord. jud. Sund. cap. XXIV. §. 4. Nec quo-
que Judex juramentum in tertia vel qvarta dilatione,
quod ex legali ejus solennitate exigitur, remittere potest,
MEV. P. VI. D. 54. Nisi pars adversa consentiat. Con-
sentit

Quousque
indulgenda
dilationes.

sentit autem si non desiderat, vel non multum urget.
MEV. P. V. D. 201. Haud tamen omne arbitrium judiciis circa quartam dilationem exulat, ut docet MEVIVS P. V. D. 315. Qvam etiam sine solemnitate legali, si de impedimento satis doceatur, indulgendarum statuit IDEM P. V. D. 200. imo, præstat, inquit, secundam prorogare, licet non edocto impedimento, qvam ad tertiam cum solemnitate legali partem remittere. ID. P. V. D. 195. n. 5.

P. VIII. D. 406. Ultra quartam autem non locum habere dilationem, prolixe defendit MARTINI cl. tit. XX.

§. 5. n. 27. Ob notorium tamen impedimentum etiam ulterius dilationem concedi ac prorogari posse, ipsa æqvitas postulat. MEV. P. VIII. D. 202. Et perdurans tale impedimentum eam ipso jure prorogat, & licet non allegatum, contumaciæ accusationem excludit. MEVIVS P. VIII. D. 203. Non tamen opus est, ut intra illum terminum, licet prorogatum, omnis absolvatur probatio, sed sufficit, modo intra illum, et si ultimo die, introducta, i. e. initium ejus saltem factum fuerit. vid. FRID. GERDESI Coll. præct. P. II. Seçt. I. cap. VII. §. 1. LVDOV.

Quando hic Civil Process. cap. XV. §. 2. Sistitur autem quandoque terminus, ita, ut nulla licet prorogatione petita, tamen non currat, utpote, si legale necessariumque adsit impedimentum; agere enim non valenti nunquam currit terminus. MEV. P. I. D. 101. n. 7. P. III. D. 385. n. 3. P. V. D. 195. num. 3. P. VI. D. 189. n. 3. vel si super puncto incidenti disputetur ID. P. III. D. 385. n. 4. F. GERDESI Coll. præct. P. II. S. I. cap. VII. §. 1. vel etiam sententia, probationem injungens, remedii legitimis fuerit impugnata. Qvo de casu Cap. sq. dicemus. Quemadmodum & male pars alteri objicit lapsum termini probatorii, quem ipsa non

non observavit. MEV. P. VI. D. 398. P. VIII. D. 36. n. 2. 3.
vel, si per ipsum stat, quo minus pars adversa probatione
sua defungi possit. MEV. P. VI. D. 234. n. 4.

Elapsō autem plene termino mox jus quæritur parti,^{Lapsō eo,}
MEV. P. VI. D. 213. n. 4. Ipso jure enim lapsū termini nulla locum
excludit labi patientem, ita, ut nec opus sit accusatione ^{habet restitu-}
^{tutio} contumacia, nec locus purgationi moræ. MEV. P. VII.
Dec. 36. nec auditur amplius pars negligens, nisi jure
jurando confirmet, se instrumenta prius non invenisse,
vel eorum copiam habuisse. Ordin. S. Trib. P. II. tit. 28.
§. 1. Conf. Ordin. jud. Grypb. Tit. III. §. 8. Dieser terminus probatorius soll ohne erhebliche Ursachen nicht prorogiert, und so er verflossen, dawider, ohne dergleichen, keine
restitution zugelassen werden. Qvod & obtinet in lapsu
termini reprobatorii, qui non minus peremptorius est, ita,
ut, eo elapsō, ulterius reprobationi locus haud sit. vid.
MARTINI Proc. for. Tit. XXI. §. 1. n. 20. sqq. Si itaque
de lapsu termini satis constat, non debet fieri publicatio
attestationum, quæ nihil profutura sunt, cum via pro-
bandi non amplius patet; Si tamen hac de re dubium
superest, prestat publicationem facere & post eam reser-
vare illius exceptionis deductionem. v. MEV. P. V. D. 24.
n. 4. 5. Interim tamen & post lapsum, mediante restitu-
tione, vel etiam ex officio, ubi scil. æquum videt judex,
indulgentia latioris termini locum habet. v. F. GERDESII
Coll. Praef. P. II. S. I. cap. 7. §. 1. Conf. ea, quæ supra §. 6.
de lapsu & prorogatione termini in genere diximus.
In appellationis quoque instantia, licet terminus in
prima instantia sit elapsus, imo, licet expresse probandi
via sit præclusa, appellans tamen, postquam inter gravamina
docuit, justa & relevantia esse, quæ probare in-

G

tendit,

Limitatur.

[1.]

[2.]

tendit, audiendus est, MEV. P. II. D. 98. modo terminus ille non sit legalis, seu a lege præscriptus, cuius strictior observatio exigitur. Ideoque inter hunc & illum, a judice præfixum, hoc interest, quod post hunc non audiatur, nisi impedimentum justum allegans & docens: Illo vero elapso, ex beneficio appellantibus indulto: *nondum deducta deducendi, nondum probata probandi*, ad ulteriorem probationem appellans admittatur, et si nihil impedimenti doceat, vel alleget. MEV. P. II. Dec. 235. P. VIII. D. 48. Qvod & in reprobatione, termino probatorio in prima instantia elapso, obtinet. MEV. P. VIII. Dec. 49. Imo probatio adhuc in tertia instantia admittitur, qvæ scienter neglecta fuit in prima & secunda, modo absqve fraude & malitia protrahendi litem & fatigandi adversarium, fuerit omissa. MEV. P. II. Dec. 153. Vide tamen litem desuper agitatam inter ZAUNSCHLIFFERUM & SCHARENHORSTIUM in illius *Antinom. Mevianis, Variat. XV.* & hujus *Conciliat. Variat.* illiusque iterum *Stricturam dictæ Conciliat.*

§. XIV.

De Termino
Probatorio,
in spec. si per
Testes pro-
batio per-
agenda,

1.) intuitu
partium,

Probationem per testes jam instituens, & ea propter Commissionem extrahens, ne hoc ipso lis nimium pro- teletur, hic certis iterum terminis coarctatus est; Prout apparet ex Ordin. S. Trib. P. II. T. 21. §. 1. Als zu Zeiten die Parteien die gebetene oder auch Amts halber angeordnete, Commissiones zur Ungebühr liegen, vielweniger die denen Commissarien gebührliech insinuiren oder verkündigen lassen: So sezen, ordnen und wollen wir, daß die Commissiones inwendig 4 Wochen sollen abgeldset, und in den nächstfolgenden 14 Tagen denen Commissariis einz geliefert werden. Da solches nicht geschehen, besonders dieselbe

dieselbe bis zum nächsten Gerichts-Tage also unabgelöst gelassen werden; hernach das Commissorium ungültig seyn, ein neues ertheilet, sowol der Procurator als das Part in 2. Artl. Straffe verdammet; und die abgelauffene Zeit zu dem termino probatorio nichts destoweniger angerechnet, und keine prorogatio ertheilet werden solle. In Reg. Dicast. arctior adhuc terminus 14 dierum a tempore expediti commissorii est præscriptus, qvo extrahens illud e Cancellaria petere & Commissariis insinuare debet. v. ejus Ordin. P. II. T. 20. §. 3. ibi: Hernach, wenn die Commission erkannt, inwendig 14 Tagen dieselbe abzulösen, und zusamt denen articulis probatoriis denen Commissariis insinuiren zu lassen. Quod si altera pars Commissarium, ut suspectum, perhorreat, ejus Procurator ad minimum intra 3 septimanas S. Tribunal id indicare causasque recusationis proferre debet. v. Ord. hujus Judicij P. II. T. 21. §. 3.

Commissariis non minus in Ord. S. Trib. P. II. tit. 21. §. 5. & 7. injunctum, intra 3. hebdomadas a tempore insinuationis commissorii citationem ad testes & notificatorium ad partem adversam expedire, finitoque examine mox intra proximos 14 dies rotulum examinis transmittere. v. Ord. cl. §. 6. In Ord. R. Dic. equidem hic nulli certi positi sunt termini, qui potius arbitrio judicis relicti sunt, ut ex Ord. ejus P. II. T. XX. & Tit. XXI. elucet: Interim tamen in Recess. noviss. n. 53. & 54. huic judicio, stricte præscripto Ordin. S. Trib. inhärere injunctum est.

Rotulo judici committenti transmisso, hic eundem De Termino non extemplo aperit, sed demum ad instantiam partis Citationis ad extrahentis ad aperiendum illum indicit terminum, & Rotulum, aperiendum

adversarium ad videndum aperiri eum, citat. Haud tamen pars citata præcise comparere tenet, sicut & hæc solennis publicatio ad essentialia judicij nequaquam pertinet; ut ideo, omisla ea, non vitietur processus. MARTINI Proc. ad Rubr. T. XXIX. n. 5. sqq. LUDOVICI Civil Process. Cap. XVI. §. 1. §. 5.

De Termino
ad deducen-
dum.

Publicato rotulo, denuo partibus, ad deducendum exinde jura sua in scriptis, præstitutus est terminus 4 septimanarum, v. Ordin. R. Dic. P. II. T. 2. §. 17. ibid. Da aber die attestata eingebbracht, solche prævia citatione & præfixo brevi termino publiciret, communicaret, und beyden zur Handlung darauf 4 wöchentliche Frist erlaubet, nach solcher alsofort, was recht, mandiret oder gesprochen, keine fernere Handlung verstattet werden. In R. Confist. aliisque judiciis, ubi hac de re nil prospectum, judex pro arbitrio partibus ad deducendum certum præfigit terminum.

Insp. testimo-
nio in perpe-
tuam rei me-
moriam
suscepto.

v. Instruct. Confist. P. III. cap. 1. §. 6. In ea tamen probationis specie, quæ per testimonium, in perpetuum rei memoriam suscepsum, peragenda, hoc Jure Canon. singulare sanctum, ut, si actor, eo casu, ubi ad hanc probationem fuit admittitus, per integrum annum post suscep-
tum testimonium, actionem suam non instituerit, nec ex urgentibus causis dilationem petierit, ipsum testimonium pro extinto habeatur. v. c. 5. x. Ut lite non cont.
Id quod etiam Ordinat. R. Dicast. P. II. Tit. 23. §. 4. probatum, qui tamen annus utilis est, incipiens a facultate agendi. MEV. P. VI. D. 302. per tot. Conf. MARTINI Proc. Tit. XXIX. §. 2. n. 22. §. 25. sqq. Instituta autem hoc casu ab actore actione, non mox apertura rotuli petitur, sed differtur illa, donec ad probationem fu-
erit per ventum; MARTINI c. l. n. 7. sqq. & tum judex in

in apperiendo eo, æque ut in alia apertura rotuli, citando adversam partem ad videndum aperiri, procedit. MARTINI cl. n. 13. sq.

§. XV.

Tandem sequitur sententia definitiva, quæ litem VII. De Ter-
plene decidit, contra hanc quidem jura & ordinationes mino Execu-
nostræ judicariæ suppeditant remedia impugnativa. De
his vero eorumque terminis, plenius Cap. seq. differere,
apud nos constituimus. Properamus itaque, post quam
sententia in rem judicatam transit, wenn sie die Kraft
Rechtens ergriffen/ ad ipsam rei judicatae executionem (k)

G 3 & ter-

(k) Quæritur autem hic: Num judex exspectare necesse habeat lapsum fatalis impugnande sententiae? seu: Num parti im- ploranti & executionem intra fatale currens urgenti, ex officio opem denegare debeat, et si pars condemnata remedium im- pugnandi sententiam judicii haud notificaverit? Vix dubium admittere videtur decisio hujus quæstionis negativa. Judex enim, ut suam sententiam semper justam æquitati ac legibus conformem esse, supponit, quemadmodum & hac de jure ita præsumitur. MEV. P. I. D. 137. n. 3. P. II. D. 80. n. 3. adeo, ut in iusta instar casus fortuiti habeatur. MEV. P. II. D. 290. n. 2. P. VI. D. 34. n. 2. & 3. Ideoque nec Judicem ipsum de justitia ejus ambigere decet. Ipsa etiam sententia mox transit in rem judicatam, nisi remedio impugnativo vis ejus fuerit suspensa. Donec itaque judex de impugnatione facta per intimidationem partis gravata non fuerit certior redditus, juste omnino agit, cum ad officium ejus quam maxime pertinet, lites abbreviare, si ad instantiam partis victricis, ulterius pro- cedit eamque executioni mandari curat; hinc eundem hoc casu haud committere attentatum, præjudiciis S. Tribunalis jam diu est confirmatum. v. MEV. P. III. D. 121. P. IV. D. 362. n. 8. D. 382. utpote quod faltem oritur ex notitia appellatio- nis. MEV. P. VII. D. 82. n. 1. Nec quoque pars gravata habet,

In Sum. Reg
Tribunali.

(1.)

& terminos hic praescriptos notabimus. Ad instantiam partis victricis non mox properatur ad executionem, sed a judice denuo mandato poenali, exceptis caulis debiti, ubi saltem simplici mandato injungitur victo, ut intra certum terminum, a judice mandato insertum, sententia satisfaciat; vel in termino, in executorialibus praefixo compareat, ad videndum se in dictam condemnari penam. Reo in termino comparente & causas allegante, judex in relevantiam earum inquirit, & irrelevantia earum comprehensa, absque ulla mora sententia executioni mandatur. v. Ord. S. Trib. P. III. T. I. §. 5. Ita, ut pars vincens denuo mandata executorialia, & his si victus non pareat, arctiora impetrat. v. Ord. S. Trib. cl. §. 6. His autem mandatis in gratiam debitoris terminus in S. Trib. admis-

nimum de quo juste conqueri possit, cum sibi imputet, qvod appellationem judici non intimaverit; Qvam primum autem judex a qvo de appellatione interposita fuerit edocitus, mandatum de procedendo revocare debet, & pars impetrans sibi tribuat, qvod, ante lapsum fatalis openi judicis implorando, supervacaneos sumtus sibi cauaverit. Interim tamen hanc utilitatem inde capere potest, ut in casu, ubi pars adversa appellationem non interpoluerit, judicis decreta effectum fortiri & ipsa litis finem eo citius sibi promittere possit. Miror itaque praxin judiciorum, hac in re qvandoque perveroram, qva imploranti hoc casu denegari folet juris auxilium, judice qvali causam adversa partis agendo, ex officio eundem ad exspectandum lapsum fatalis ablegat. Concedo interim lubens, hanc nostram sententiam fallere, ubi judici qvocunque modo de appellatione, a parte adversa interposita, constet; cum hoc casu ne qvidem intimatione appellationis opus sit, v. MEV. P. VII. D. 186. n. 1. §. 2. vel sententia ita comparata sit, ut liti finem nondum fecerit, qvo casu injuncti ab altera parte praestatio prius exspectanda est. MEV. P. I. Decis. 101.

nimum 6. septimanarum præfigendus est. v. *Ord. ejus c. I.*
§. 9. In actionibus autem realibus, ubi nempe in rem
actum fuit, vel in personalibus, ubi condamnatio in cer-
tam rem facta, hæc de facto reo abripitur & parti viætrici
traditur, *Ordinat. Sum. Tribun. c. I. §. II. Et 12. MEV.*
Part. VII. Dec. 215. In reliquis personalibus ad pigno-
rationem ac immisionem proceditur. De modo autem
procedendi, hic præscripto, late agit tot. *Tit. 2. P. III.*
Ord. S. Trib. & Ord. R. Dic. T. I. P. III. Quod si parti
viætrici bona immobilia, prædia vel urbana, vel rusti-
ca, pignoris loco in sui satisfactionem tradantur, victus
non mox ejiciendus, sed ipsi terminus adminimum 6.
septimanarum, aut, pro quantitate debiti & varietate cir-
cumstantiarum, 3 mensium, præfigendus, intra quem
actori satisfaciat, hoc vero neglecto, demum ejectio fa-
facienda, & creditor immittendus est. v. *Ord. S. Trib.*
P. III. T. 2. §. 4. Tum in arbitrio immissi positum est,
num prædium illud jure antichretico retinere ac possi-
dere, ita nempe, ut ex fructibus solutionem tam sortis,
quam usurarum querat, num vero, prævia judiciali taxa-
tione, pro justo pretio ut sibi vel alii adjudicetur, malit;
Quod si contra taxam una alterave pars gravamina de-
ducere velit, eadem intra terminum 6. septimanarum ju-
dici offerre debet, cuius lapsus præclusionem infert. vid.
Ord. S. Trib. P. III. Tit. 2. §. II. Nemine autem pro
taxato pretio fundum istum desiderante, publice subha-
stari debet, trino præfixo termino 6. septimanarum; Tan-
dem ultimo termino plus licitanti est addicendus, relictâ
tamen debitori licentia intra 6 mensis lautiorem emto-
rem fissendi, v. *Ord. S. Trib. P. III. Tit. 2. §. 6.* Quod
& intuitu Feudorum in primis ita stabilitum, c. §. 7. fal-
tem

(2.)

(3.)

(4.)

tem hac adjecta moderatione, ut feudum personæ feudi capaci adjudicetur; alias, si incapaci cedit, adjudicatio salutum usum antichreticum tribuit, & possessio, postquam fructuum perceptione debitum extinctum, aut, si residuum ipsi ab alio, qui jus feudi illius sibi acquisivit, fuerit solutum, fundum feudalem huic cedere tenetur. *Ord. S. Trib. cl. n. 8.*

In R. Dicast.

(1.)

(2.)

(3.)

Praxis R. Dicast. aliorumque judiciorum, ut in genere, sic etiam in hoc casu speciali, nisi ex praescripto Ordinationis judicariæ expresse recedat, conformis est stylo supremi judicii; Distinguuntur tamen secundum *Ordinat. Reg. Dicast. P. III. T. I. §. 7. sqq.* num causa concernat certum prædium, vel rem corporalem, num vero debitum pecuniarium, num denique præstationem in faciendo vel omittendo consistentem. Isto casu, debitor ad restituendum vel tradendum rem istam condemnatus, intra terminum 14. dierum eandem victori cedere debet; Eo vero tergiversante, si res mobilis, eidem factō auferri & alteri in possessionem tradi; si immobilis, creditor in eam immitti debet. v. *Ord. c. I. §. 7.* Illo vero casu, ad instantiam creditoris decernitur mandatum ad debitorem de solvendo, cum termino trium Septimanarum; quo frustrato, mox sequitur mandatum de procedendo, ad executorum directum. v. *Ord. c. I. §. 8.* Hoc denique casu, mandatur debitori sine clausula, sententiæ partitionem præstare, simulque ad docendam eam, aut videndum se declarari incidisse, in proximam juridicam citatur. Contumax in peccatum condemnatur, & arctiori mandato, & tandem executive ad partitionem adigendus. v. *Ordin. c. I. §. 9.* Qvandoque etiam contingit, ut acta a judice superiore, qvorsum per appellationem fuere devoluta, judi-

judici inferiori ad execvendum remittantur; qvo casu, si
hic moram necit, R. Dicasterium ad instantiam partis
mandatum poenale, cum Citatione ad docendam paritio-
nem, decernit; qvod si injuncta paritio in proxima ju-
ridica non doceatur, in dictam poenam fit condemnatio.
v. Ord. Reg. Dicast. P. III. tit. I. §. 6.

In Ordin. R. Consist. P. III. cap. V. certus terminus haud In R. Consist.
præscriptus, sed a judice est præfigendus, qvo sub certa
poena parti succumbenti paritio injungenda, & ea in con-
tumacia perseverante, sententia executioni mandanda.

Secundum stylum judicij Sundensis, quem *Ordinatio* In Judicio
eius judicaria Cap. XXXII. indigitat, tres ab invicem CivitatisSun-
discernuntur casus. I.) Si debitum pecuniarium est in densis.
obligatione, tum distinguitur: num Sententia certum (1.)
terminum partitioni præmiverit, num ne. Illo casu, post
lapsum hujus termini bina monitio præcedere debet,
qvarum altera terminum octidui, altera vero tridui con-
tinere debet. Hoc vero casu, trina monitio in usu est,
qvarum prima terminum 14, secunda 8, & tertia trium
dierum complecti debet; qibus utroque casu frustratis,
sententia absque ulteriori mora executioni est mandanda.
v. *Ordinat. c.l. §. 2.* II.) Ubi sententia immisionem it
rem, vel aliud ejusdem generis remedium præscribit,
mox, lapsò termino monitorio, immissio in effectum de-
ducenda. v. *Ordin. c.l. §. 3.* III.) Si reus ad præstandum,
vel petendum quid, sit condemnatus, confumax certa
poena ad partitionem compellendus, qvæ si non fuerit
secuta, poena exemplo a contumace exigenda, & denuo
graviori poena, novo præfixo termino, paritio injungenda;
parte autem ulterius inobediente, ejusque contumacia
ab altera parte accusata, executio est maturanda. Imo

H

contra

(2.)

(3.)

contra præfacte contumacem qvandoque pro ratione circumstantiarum proscriptio, die Erklärung in die Stadt Beste, locum invenire potest. v. Ordin. c. l. §. 3. Bona mōbilia actori, ut pignus judiciale, mox tradenda & absque ulla subhaftatione in prima juridica eidem adjudicanda sunt. Qya bona autem immobilia, in qvæ facta est immissio, ita provisum est, ut hac, nisi aliud inter partes in instrumento obligationis fuerit conventum, saltem vim primi decreti habeat, qvod nudam modo præstat securitatem; Tum, elapsò demum anno & die, ad instantiam actoris decernenda sit subhaftatio, vel adjudicatio. v. Ordin. c. l. §. 5. In Ordinat. Judic. Civit. Gryphiswald. Tit. VII. §. 2. hac de re seqventem in modum dispositum legimus: Insonderheit wollen wir daß (scil. post rem jud.) nach abgelauffener Bürger-Frist, welche 14 Tage in sich begreift, und vorhergegangener dreymaliger Warnung, von 8 Tagen, hernach von 3 Tagen, und leztlich von 24 Stunden, ungesäumt, und ohne Ansehen der Person, mit der execution solle verfahren werden. Et porro, si res ad immissionem in bona immobilia, qvæ semper vim secundi decreti habere debet, fuerit pèrventum, mox seqvitur mandatum ad tradendam vacuam illius fundi possessionem, &, facta traditione, mox res illa Creditori volenti est adjudicanda. Secundum §. 5. dictæ Ordin. ibi: Allsdenn ergehet mandatum, zur gänzlichen Räumung auf 6 Wochen. Wenn die Räumung geschehen, steht zu des obliegenden Theils Gefallen, ob er das angewiesene Gut jure crediti besitzen, oder sich dasselbe adjudiciren lassen wolle; auf diesen Fall ergehet die taxe, und mediante illa, der Zuschlag. v. dict. Ordin. §. 6. §. 7.

Diriz.

In Judicio
Civitar. Gry-
phiswald.

Diriguntur autem mandata de execvendo a Judiciis De Termine superioribus, vel ad Magistratum debitoris immediatum, a Magistratu inferiori, vel ad Executorem. (1) Executori demandata executione, executore,

hic cui mandata

- (1) Ita expresse dispositum in *Ord. S. Trib. P. III. T. I.* §. 6. est executio, Ubi hoc arbitrio hujus judicij relictum, & quidem ex sufficieiente ratione, quoniam hoc judicium immediate ipsum Regem representat. Obtinet enim hic proverb. Wenn der König kommt, stehen ihm alle Gerichte offen. At reliqua judicia regia haud immediate cives iactra moenia executione prosequi possunt. Sed illa semper fieri debet mediante mandato ad intermedium Magistratum directo, qui iterum judicio inferiori illam committit. v. MEV, P. II. D. 306. n. 8. ibi: *Nisi per eos, qui ordine in jurisdictione primi sunt. ID. P. V. D. 87. n. 2. & 3. add. P. II. D. 134. n. 9.* Ideoque etiam in *Transact. inter Principem Philip. Jul. & Civit. Sundens. a. 1615. initam, §.* So viel aber zum VI. den Punkt der Ober-Jurisdiction ic. placitum legimus: Und will der Landesfürst die Urtheil, so hierüber abgehen, sie sind vom Rath zum Strafhunde, Hof-Gericht, oder am Kansel. Cammer-Gericht gesprochen, dem Rath zu exequitatem befahlen. Et porro versic. Da aber ic. die Execution auch zuwollenstrecken, eines jeden Orths ordinario judicii befohlen werden. Conf. Sent. S. Trib. in causa Magistratus Sundens. contra R. Dicass. in puncto turbate jurisdiction. & non rite decretae executionis, in causa Kresbeck contra Schewenbach, de an. 1723. d. 18 Octobr. Et aliam inter easdem partes litigantes publicatam in eodem puncto, in causa Starcken contra Bunsöwen, de eod. an. & dat. Reg. Confist. olim executionem cuiilibet magistratui, cuius jurisdictioni reus erat subjectus, denunciare necesse habebat, v. Ord. Eccles. Tit. von Confistoriis, in fin. Quod si autem hic negligens fuerit, judicij Provincialis auxilium erat implorandum. v. Ord. Confist. Ducalis, de 1569. Tit. fin. Hodie vero in noviori Ordin. R. Confist. P. III. cap. V. §. 1. sanctum: Sollen die Confistoriales Execution dessen allen und jeden beschaffen und bejordern, also und dergestalt, daß da die Parthey,

hic non mox actu prosequitur executionem, sed primum literis clausis reo notificat, sibi a judice mandatum esse, executionem peragere, cuius mandati copiam literis in-

cludit,

wider welche die gerichtlichen Erkenntnisse und Mandata er-
gangen, unter ander Obrigkeit in Städten und auf dem Lande
gesessen, sie an dieselbe die Sache zur Rechts-Hilfe verweisen,
denenselben aber, Kraft habenden Amts auferlegen soll, in
gewisser Zeit durch die Execution die Urtheile und Transacta
zu vollendrcken. Praxis tamen hac in re semet conformat
reliquis judiciis provincialibus, ut scil. habeatur distinctio
inter subjectos in Civitatibus & extra eas, seu ruri, degentes;
Hactenus tamen dicta non extendenda sunt, ad casum, ubi
debitor subest jurisdictioni regiae mediate, seu Magistratu
cuidam inferiori, regio tamen nomine jurisdictionem exer-
centi; Quorundam etiam spectant Civitates Praefecturarum,
die Amts-Städte. Quoniam his, non æque ac illis, priva-
tive, ut cum vulgo loquamur, concessa est jurisdiction. Id,
quod & R. Confist. simili modo observat, prout verba all.
Ordinat. Confist. immediate sequentia indigitant: Da aber
die Partie unter Thro Königl. Majest. Jurisdiction oþnmit-
telbar gesessen, oder sonst gehörig, an dieselbe zur partition
mandata ablassen, dadurch in gewisser Frist den Gehorsam
bey einer nahmhaften Straf befehlen. Conf. §. 3. al. Cap. III.
Quod & locum habet in Civibus, qui ratione officii, quod
sustinent, immediate jurisdictioni regiae subsunt; ut Provi-
sores ædium sacrarum. Nec quoque hæc, quæ de mediate
peragenda executione dicta, ad mandata sunt trahenda, utpote
quæ Regia judicia semper immediate contra Cives cuiuscun-
que Magistratus subalterni decernunt, & insinuari curant. v.
MEV. P. II. D. 306. Conf. Judic. S. Trib. in causa Magistratus
Sundens. contra R. Dicasi. in puncto Contractus. de a. 1728. d. 19.
Apr. Idem obtinet in casu, ubi R. Dicasi. acta requirit a ju-
dicio Civitatis inferiori, si a Senatu processus fuerint dene-
gati; Ut probatur Decreto R. Dic. ad Interventionem Sena-
tus Gryphisw. ad acta Joch. Parlow. contra die Gebüldere der
Bohneeren, de a. 170. d. 6 Junii.

cludit, eumque admonet, ut intra terminum, qui secundum Ord. R. Dicast. P. III. T. I. §. 3. quatuordecim est die-
rum, debitum solvat, vel rem restituat, & sententiæ pareat,
ni velit, se officio sibi commisso defungi, quæ literæ inde
Monitorium dictæ. v. Ordin. Dicast. c. I. §. 3. ibique Receff.
Visit. n. 92. Reo tum contumace existente, ipsa executio
in effectum deducitur. De modo autem procedendi, hic
dicendi locus non est, sed eundem late præscribit Ordin.
S. Tribun. P. III. tit. 2. §. 1. Ordin. R. Dicast. P. III. tit. 1.
§. 14. sqq. Ord. Judic. Civit. Sundensis Cap. 32. §. 4.
qvorum B. L. remitto.

Cap. III.

DE TERMINIS JUDICIALIBUS SECUNDÆ INSTANTIÆ.

§. I.

Publicata Sententia plerumque evenit, ut altera, quan-
doque etiam utraque pars litigantium, se gravatam Secunda
esse putet. Jura itaque partibus, ne uno iictu prostrentur, instantia?
certa suppeditarunt remedia sententiam impugnandi, qui-
bus vis sententiæ suspenditur, ut non transeat in rem ju-
dicatam, donec in secunda vel ulteriori instantia fuerit
confirmata; Plures enim partibus patent instantiæ, quibus
ius suum persequi licet; Sub nomine itaque secundæ in-
stantiæ etiam tertiam & reliquas, prout ex stylo cujusque
judicij receptæ, hic intelligimus. Eaque remedia, pro indo-
le ipsorum, vel coram eodem, vel coram superiore, judice
proponi possunt. Omni autem casu, quo novum instituitur
remedium, nova oritur instantia. Varia autem ejusmodi
in praxi Germaniæ innotuere remedia, quæ partim in se

H 3

impul-

impugnativa sunt, vel iisdem affinia esse videntur. Hæc per transennam quasi indigitare, de illis autem, imprimis in Patria nostra receiptis, ex instituto hic agere, & quid potissimum ratione terminorum, tam intuitu partium, quam judicis, ordinationes nostræ judicariæ præscribant, observare, præsentis instituti nostri ratio postulat.

§. II.

Ad remedia
impugnativa
non spectat
3) declaratio
sententiae.

Quando sententia obscura, dubia, vel æquivoca est, quod interdum cotingere, iis qui in foro versantur, haud potest esse ignotum, tum non opus est appellatione, nec alio quodam remedio impugnativo, sed *declaratio sententiae* petenda, MEV. P. III. D. 127. quæ nullo certo termino est adstricta; sed etiam post decem annos & ultra peti potest; v. BRUNNEM. in Proc. Civ. c. 27. STRYK in *Introd. ad Prax. for. C. 23. §. 1.* Nisi aliter in ordinationibus judicialibus sit provisum. Ut in Principatu Magdeburgico & Marchia; ubi intra decendum, mediante supplica vel imploratione, introducenda. Interim tutius omnino est, si intra illud decendii spatium petatur & eventualiter remedium impugnativum eidem jungatur, utpote quo casu pars de lite, quæ ratione lapsus termini ei moveri posset, secura est. MEV. P. III. D. 127. n. 1. Judex autem, qui sententiam concepit, eandem quoque declarare debet, MEV. P. I. D. 120. n. 1. & 2. Hinc, si ipse judex domesticus sententiam tulit, haud opus est novum declarationi præfigere terminum, sed, pro meritis causâlium, vel per decretum mox eas irrelevantes declarare, vel etiam declarationem loco decreti ad supplicam concipere & parti adversæ ejus copiam concedere; vel denique, si discussione res indiget, terminum orali recessui præfigere, & auditis partibus sententiam ferre potest. Si vero judex extra-

neus

neus sententiam dubiam protulerit, acta eidem ad declarandam sententiam remittenda & mox terminus ad irrotulandum ea prafigendus est. Antequam autem sequatur declaratio sententiaz, suspenditur cursus fatalium, qua subsecuta demum appellatur. MEV. Part. I. Dec. 109. P. III. D. 127. n. 1. P. V. D. 10. n. 5. P. VIII. D. 213. § 305. n. 5. v. LUDOVICI Einleitung zum Civil Proces Cap. XXIV. KNORRII Anleit. zum Civ. Proc. Cap. XIX. MARTINI in Proc. for. Tit. X. §. 6. n. 255. *sqq.*

Alterum remedium, affine remediis impugnati-
vis, est *Protestatio*. Hoc a nonnullis loco appellationis
habetur, quoad declarandum scil. dissensum & conservan-
dum jus protestantis. Unde virtualem eidem inesse Leu-
terationem Saxones statuunt, quorum sententia etiam in
Ordinat. proceß. Saxo-Gothana P. I. Cap. XIV. §. 8. rece-
pta est. *Hinc qui contra decreta vel sententiam protesta-
tione utitur, perinde est ac si statim a die publicationis ap-
pelatum est*, inquit FRID. GERDESIUS in Colleg. pract.
P. II. S. I. Cap. X. §. 4. & Facultatem nostram suo tem-
pore ita respondisse ad Consultationem Sereniss. Electoris
Brandenburgici, ibidem testatur. *Nam, addit, in iis quæ
non inferunt gravamen, sed saltem metuuntur, non opus
est appellatione, sed sufficit protestatio, quæ jus protestan-
tis salvum conservat, & mentem illius contra præsumtio-
nem patientiæ satis declarat.* Reiecta autem per factum
ipsum protestatione, sive tacite, sive expresse fiat, appella-
tione opus, atque facta admittitur. At nullibi leges pro-
testationem inter remedia impugnativa ordinaria refe-
runt, nec etiam nostræ ordinationes judicariæ eandem
iis annumerant. Ideoque effectus suspensionis istiusmodi
protestationibus omnino denegatur, nec vim remedii im-
pugna-

Nec 2.) Pro-
testatio.

pugnativi contra sententiam adipiscuntur v. MARTINI Proc. for. Tit. 35. §. 5. Quamvis concedamus lubenter, protestationem usum habere posse in actibus, quibus de facto proceditur, nec quis alia ratione remedio quodam juris sibi prospicere valet; cum contra ex acquiescentia præjudicium nascatur tacenti; v. MEV. P. I. D. 14. n. 1. P. II. D. 53. quibus casibus, qua futura scil., appellationis vim habet. MEV. P. II. D. 53. in Rubr. & n. 5. Certus quidem terminus protestationi præscriptus haud est, requiritur tamen, ut tempestive eadem interponatur, ante actum scil. vel in ipso actu, non post illum. l. ult. pr. ff. Naut. Cap. & stab. nisi in continenti subsequatur; quod judicis arbitrio relinquendum, modo tantum temporis spatium, vel factum, non intercedat, unde consensus colligi possit.

§. III.

Quenam sint
Remedia im-
pugnativa
ordinaria,

& quomodo
illis uti licet
in Judiciis.

Inter ordinaria & frequentiora juris remedia sententiam impugnandi, referuntur 1) Remedium *Deductionis nullitatis*, quod idem est, ad minimum qua effectum, cum Querela *enormis iniquitatis*, cuius fit mentio in Ordin. S. R. Trib. P. II. T. I. §. 10. 2) *Restitutio* in *integrum*; quod, secundum stylum plerorumque *Judiciorum Germaniarum*, appellatur *Supplicatio*; alicubi *Leuteratio*; cum qua etiam fere coincidit *Revisio actorum*, it. Remed. *novorum narratorum*, & denique 3) *Appellatio*. In *Judiciis patriæ nostræ*, Querela nullitatis, Restitutio in int. & Appellatio maxime frequentia & in R. Dicasterio hæc tria unice recepta sunt; ita, ut duo priora alternative, ultimum vero cumulative competat. i.e. Si alterutrum ex duobus prioribus remediis fuerit electum, non datur amplius regressus ad alterum. Illa enim remedia, quæ reparandis sententiis reperta, vel recepta sunt, alternative competit, ideo, electo

electo uno, perit jus utendi altero. MEV. P. V. Dec. 10.
 n. 2. & 3. appellatio tamen nihilominus adhuc institui potest. v. Ord. S. Trib. P. III. tit. 5. §. 1. Ord. Reg. Dicat. P. III. tit. 2. §. 2. MEV. P. IV. D. 389. n. 1. Et sic etiam intuitu Leuterationis, ubi hæc recepta, servatur; saltem quod in nonnullis judiciis patriæ etiam Revisionis beneficium, imo, alicubi querela nullitatis cum Appellatione saltem elective locum inveniat. Quo de casu speciali intelligendus est MEV. P. IV. D. 389. n. 2. nimium generaliter ibidem loquens. Sic in S. R. Trib. Remed. Revisionis & restitutionis; In R. Consistorio Benef. Revisionis & Appellatio; In Judicio Civit. Sundensis omnia, tam Deductio Nullitatis, Benef. Revisionis & Appellationis saltem elective indulgentur. Porro duo priora remedia etiam in judicio primæ instantiæ, nisi aliud specialiter sit receptum, institui possunt; ultimo vero, nempe Appellatione, semper causa devolvitur ad judicem superiorem. Quas differentias infra suis locis observabimus. (m) His

I autem

(m) Quæritur autem hic: Quid dicendum sit de casu, si utraque pars sententiam judicis diversis remedii impugnat? v. gr. altera appellationem, altera remedium restitutionis, vel deductionis, in prima instantia interponit; quodnam prius est excutiendum? Seu: Num remedium appellationis ad se trahat restitutionem; num vero illud eousque in suspenso sit, donec in restitutionis instantia causa fuerit decisa? Et respondeatur, tum appellationem secum trahere restitutionem ad judicem superiorem, ut ex MEV. P. VIII. D. 425. appetret. Et hoc quoque alibi locorum ita servari, nuper ex actis e Cancellaria Justitiæ Luneburgensis, huc ad Facultatem Jurid. transmissis, observavimus, in causa *Jürgen Andr. Mecklen*, supplicanten, contra *Job. Daniel Vahlbusch*, supplacaten, ubi seqv. verbis Decretum de d. 10 April. 1741. extabat:

autem remediis in superiori instantia introductis, ab integro quasi processus denuo inchoatur, & partes terminis legalibus ad Duplicas usqve, donec in causa fuerit conclusum, procedunt, tandemque nova fertur sententia. De singulis jam speciatim.

§. IV.

I.) De Remedio
dico Querelæ
Nullitatis.

I.) Remedium Sententia impugnativum, ut ordinarium in Patria receptum, est *Deducción*, seu *Querela Nullitatis*. Hoc proprie locum invenit contra sententiam nullam, scilicet, contra jus, sive in thesi, sive hypothesi latam, etiam quando non locum habet appellatio; MEV. P.I.D.18.n.3. D.52.n.4. vel supplicatio, ID. P.I.D.154. n. 2. P.III. D.89. n. 1. & tum gravamina unice ex ante actis deducenda sunt. v. Ord. R. *Dicabl.* P.III. T.2. §.7. MEV. P.VI. D.300. n.5. quæ judex cum actis primæ instantiæ confert. c. I. §.3. & regulariter absqve ulteriori communicatione libelli deductionis cum parte adversa, in puncto relevantiæ judicat, c. I. §.4. & 5. Instituitur autem hoc remedium alternative, tam coram judge prima, quam secundæ instantiæ. MEV. P.I.Dec.78. FRID. GERDESH Coll. præf. P.II. S.1.cap.10. §.1. MARTINI

Weil appellant von dem am 6ten Martii allhier ertheilten Decreto appelliret, die Appellation aber das Remedium Supplicationis nach sich ziehet: So kan hierauf vor der Hand nicht verfüget werden.

Porro hic queritur: Num, appellatione deserta, remedium deductionis nullitatis adhuc locum inveniat? Et distingvendum: Si nullitas incidenter in appellatione deducta fuerit, hac deserta, etiam illa habetur deserta. MEV. P.IV.D.389. n.6. Secus tamen est, si deinceps principaliter instituatur querela. MEV. P.I.D.154. n.8. MARTINI in Proc. for. T.38. §.1. n.39. §.9.

in Process. forens. Tit. 38. §. 1. n. 8. COCH. in Prax. for.
P. IV. cap. 27. per tot. (n)

Qvod

- (n) Priori casu illud ob quanvis nullitatem licitum; GERDES.
c. I. In posteriori autem casu, illud vel solitarie & absque
 appellatione, vel mediante appellatione introducitur. Soli-
 tarie non, nisi ob nullitatem, aut iniqvitatem enormiem, qua
 merita causæ afficit, locum habet, hec enim, uti omnium
 maxima est, MEV. P. V. D. 5. n. 2. sic contra his non nocens,
 sed tantum vigorem processus concernens, parvi sit a judice,
 nec attenditur. v. MEV. P. II. Dec. 29. n. 4. D. 310. n. 6. P. IV.
 D. 153. n. 8. vel etiam rescripto corrigitur. MEV. P. II. D. 277.
 P. V. D. 138. n. 4. FR. GERDES. *c. I.* Et hoc in casu sola sup-
 plicatio super notoria iniustitia, aut querela enormous iniqv-
 itatis eundem habet effectum. MEV. Part. I. Dec. 195. Cum
 nullitas & evidens iniustitia, seu iniqüitas, invicem aequi-
 parentur. MEV. P. I. D. 77. n. 4. D. 195. n. 3. P. V. D. 138. n. 5.
 & semper devolvat causam ad superiorem, ut hic possit de-
 creta reformare. MEV. P. II. D. 374. P. III. D. 67. Qvod si
 autem ejusmodi nullitas non apparet, gravatus remedium
 appellationis eligere debet. MEV. al. Dec. 138. GERDES. *c. I.*
 Caute itaque hic agere decet Caifarum Patronum, in eli-
 gendis istis remedis, ne querelam nullitatis instituens, nul-
 litate autem, vel enormi iniqvitate haud ex libello appa-
 rente, repulsam ferat; Cum contra remedio appellationis
 utens, processus appellatorios impetrasset. Qyanqvan tamen
 & hoc casu, judicem iniqvitatem, vel lassionem animadver-
 tentem, ex officio processus appellatorios decernere, decet.
 Evidens enim iniqüitas sententia, s. decreti, devolvit appelle-
 tionem etiæ alias prohibitam. MEV. Part. IV. Dec. 115. P. VI.
 Dec. 256. n. 4. 5. P. VII. D. 81. P. VIII. D. 133. n. 2. 3. Haud
 itaque contempnenda est cautela, qva etiam Practici frequen-
 ter uti solent, teste Practico Patriæ longe celeberrimo FR.
 GERDESIO in Tr. de Maledico & immod. Causid. cap. V.
 Memb. I. §. 5. in Oper. ejus P. I. p. 456. ut, deducens nullita-
 tem coram superiora semper eandem cum appellatione

I 2

cor-

Eiusque terminus fatalis hujus remedii attinet, mino, si fatali, jure communi, instar actionis, eodem intra 30 annos. & quidem J. l. 3. C. de Prescript. 30. ann. BERLICH P. I. Concl. 16. n. 4. Communi,

MEV. P. I. D. 100. n. 1. MARTINI c. l. n. 13. excipiendo contra in perpetuum quis uti potest. l. 5. §. fin. de Except.

J. Germanico doli mali. KLOCK Vol. II. Conf. 47. num. 16. sq. Secundum novissimo. Recess. autem noviss. de 1654. §. 121. sq. distinguitur inter nullitatem *insanabilem*, qvæ ex defectu habilitatis judicis, partium, aut substantialium processus oritur; v. MART.

Proc. for. c. l. §. 1. n. 18. Cujus intuitu res dispositioni juris Communis relinquitur; Et *sanabilem*, contra qvam, non secus ac contra sententiam injustam, vel iniqvam, intra decendum remedium impugnativum interponendum. Qvod & in nostris judiciis receptum; siquidem hic, ut supra jam monuimus, nulla alia, qvam *insanabilis nullitas*,

conjugat, illamqve mediante hac, intra tamen fatale querelæ præfixum, ibidem introducat. Vel, qvamvis principaliiter appelleat, attamen appellationi, imo etiam restitutio in eadem instantia inferiori, querelam nullitatis jungat. Qvo casu e. g. rubrum libelli ita esset formandum: *Imploratio pro restituzione in integrum, juncta querela.* Hunc feil, in finem, ut, parte licet principaliter appellante, judex tamen non opus habeat decernere processus appellatorios, sed, si nullitates quadam tenus fundatas videat, tum processus querelæ decernere possit. MEV. P. II. D. 277. Unde imploranti hoc comodi accrescit, qvod 1) tum non teneatur præstare juramentum appellationis. v. GERDES. c. l. 2) Judex primæ instantiæ extemplo, etiam non audita altera parte, super qualitate gravaminum cognoscere ac decidere possit. MEV. P. V. D. 138. n. 12. GERDES. in Colleg. pract. c. l. Superioris autem instantiæ judex mox per rescriptum judici inferioris instantiæ mandare possit, gravamen apparen, vel etiam apertum, tollere, vel etiam acta ad inspicendum

nullitas, irreparabile damnum principali negotio afferens, attenditur; In reliquis autem casibus appellationis re- medium apprehendendum est. MEV. P. V. D. 138. Qvod si itaque mera nullitatis querela instituenda, tam in S. R. Tribunal, quam in R. Dicasterio, sive in eodem, sive in S. R. Trib. superiori judicio instituatur, terminus 6. septimanarum, est 6. Septim. æque ut in Remedio Restitutionis, obtinet. v. Ord. Sum. Tribun. P. III. T. 5. §. 2. Ord. R. Dicast. P. III. T. 2. §. 3. Interim tamen & hic, in nullitate insanabili, ubi scilicet sententia ex falsa causa, eidem inserta, fuit lata, merito exceptionem admisere Jcti Gryphiswald. in Respons. 61. n. 20. sqq. Conf. MARTINI c. l. n. 34. In causis Con- cursus Creditorum, quando a Regio Dicasterio ad Sum- Tribunal provocatur, terminus 4. septimanarum præ- scriptus est. v. Ordin. Reg. Dicast. P. III. T. 6. §. 13. qvod

I 3 fatalē

eidem transmittere; hoc ultimo electo, 3) acta non in copia, sed in origine transmittuntur, qvod multum ad sublevandos sumtus facit. v. GERDES. all. Tract. c. l. 4) Ob nullitatem appellatio admittitur alias non admissibilis. MEV. P. I. D. 18. n. 3. D. 52. n. 4. D. 77. n. 5. & 6. D. 154. P. III. D. 89. Sic summa licet non appellabili, querela nullitatis nihilominus admittitur. MEV. P. I. D. 154. P. VII. D. 81. Ord. S. Trib. P. II. tit. i. §. 16. a qua hac in parte recedit Ordinat. Imp. Cameralis quæ distinguit: num incidenter, num vero principaliter proposita fuerit nullitas; secundum MEV. all. P. I. D. 154. n. 5. quam, tamen indistincte summanam appellabilem hic requirere, afferit BLUMIUS in Proc. Camer. Tit. 56. §. 16. Immo 5) hæc querela etiam admittitur contra tres conformes sententias, si illa ex iisdem actis resultat; contra Clem. i. de Sent. & de re jud. vid. ZANGER de Except. P. I. cap. 26. n. 68. sqq. Qvanquam tamen hic monitum b. FRID. GERDESIT ex Tract. all. repe- tendum, ubi scribit: *Caveant Caſifidi, ne ſe fuſusque Clientes decipient, & lucro nimium inhiāentes, totam caſum perda-*

Jure Patrio^s
& quidem
superiori & R. Dicast,

ubiquiſt
Exceptis cau-
ſis Concurſus
Creditorum.

fatale Advocati incurii saepius negligere solent, cum exceptio haec non sub Tit. de Appellationibus, sed alio, de Processu Concursum, occurrat.

In R. Consist.

In R. Consist, hoc remedium quidem non est in usu, nec quoque inde certus terminus eidem est praescriptus. Interim loco ejus ibidem vigeat Remed. Revisionis, quod & loco restitutionis ibidem servatur; De quo ejusque fatali infra §. sequenti dicemus.

In Judiciis
Civitatis
Sundensis.

Civitas Sundensis praeterea reliquis, etiam intuitu hujus Remedium juris, insignibus superbit privilegiis. Sic ibidem tam coram eodem, quam superiore, judice principaliter & solitarie institui potest. Coram judice a quo instituitur partim in casu, quo alias appellatio locum non invenit. v. Ordin. judic. Sundens. cap. 31. §. 1. partim & eo, ubi appellationi locus est. c. l. §. 2. Et quidem utroque casu illud, instar remedii restitutionis, vel supplicationis, intra decendum a tempore publicata sententia intimandum est, adnexo petito pro transmittendis actis ad extraneum judicem. v. l.c. §. 1. Qvia autem, uti jam supra §. 3. monuimus, hoc remedium nullitatis, ex stylo Sundensi, alternative saltem cum appellatione competit; Ideo etiam sententia priori a judice extraneo confirmata, nullum aliud remedium, ne quidem appellationis, ulterius locum invenit, licet protestando in eventum illud fuerit reservatum. v. Ord. jud. c. l. §. 2. Nec quoque, si a Senatu ad superiorem causam hoc remedio devolvitur, illud cum appellatione, ut in aliis judiciis fieri, supra audivimus, cumulari poterit, sed utrumque coram distinctis judiciis est introducendum. Appellatione itur ad Reg. Dicast. ut infra percipiemus, haec autem querela nullitatis ad Sum. Tribun.

Tribuni dirigenda. (e) Et quidem intra terminum alias
in S. Trib. hoc casu usitatuni, ut argumento eorum col-
ligimus, qvæ hac de re disposita invenimus in *Transact.*
Ducali all. §. 10. & 12. Per se autem facile patet, qvod
semel

(e) Olim tempore Ducum, vi *Transactioñis inter Principem PHILIPPUM JULIUM Civitatemque a. 1615. inita, §. V. n. 10.* illud non coram Dicasterio, sed immediate coram Re-
gimine Ducali, introducebatur. Cum autem ex eo tempore,
qvo hæ terræ Regi Regnoque Sveciæ per Pac. Westphal ce-
deebatur, Reg. Dicast. verba hujus Transact. ita accipienda
statueret, ut jam sibi jus illud, recipiendi querelas a Senatu
Sundensi, acreverit, &c, non obstante S. R. Tribunalis decla-
ratione, Senatum mandatis de transmitendi hoc casu actis
fatigaret; S. Tribunal tandem anno 1686. rem omnem ad
aulam Regiam detulit, ejusque sibi in futuram normam ex-
petuit decisionem. Sequbebatur etiam *Resolutio Regia sub d.*
Holmiae die 4. May e. a. sequentis tenoris:

Die zwischen dem Pommerschen Hof-Gericht und der Stadt
Stralsund entstandene differenzen, wegen deferirung in
Querelis Nullitatum betreffend; finden J. K. M. zwar
aus verschiedenen considerationen bedenklich, einige Aen-
der- und Neuerung wider die, der Stadt Stralsund in dem
Erb-Vertrag beygelegte, Privilegia zu veranlassen; damit
gleichwohl diejenigen, welche durch des Magistrats Urteln
beschwert zu seyn vermeynen, von aller weiteren provocatio-
n nicht abgeschnitten seyn mögen, können sie sich bey
dem Tribunal auf gebührende Weise angeben, und eines
endlichen Schlusses gewartig seyn.

Hæc non antea in notitiam Senatus Sundensis pervenit, qvam
S. Tribunal, occasione novæ querela a Senatu Sundensi con-
tra R. Dicasterium ad S. Tribunal delata, R. Dicasterio co-
piam hujus Rescripti dederit, cum injuncto, ut verba sonant:
Eich inskünftige darnach zu richten, und wenn jemand von
den Stralsundischen Urteln zu querulieren sich befugt achtet
solte, solche an das Tribunal zu verweisen.

seinel electo hoc remedio, eoqve coram S. Tribun. introducto, non amplius parti competat facultas resiliendi, vel, denegatis in S. Tribun. processibus nullitatis, ad appellationem, ut ut antea eventualiter interpositam, recurrendi,

Cui & Reg. Dicasterium obsequium preflitit, ideoqve mox casu emergente, D. Stypmann ad querelam suam contra Elias Schomann, decretum impertivit:

Nach der, von dem Königl. Tribunal dem Königl. Hoffgerichte cum Rescripto communicirten, Königl. Resolution, (wovon Appellante nach Belieben zu seiner Nachricht Abschrift nehmen kan) werden dergleichen Querelas nullitatis wider des Raths zu Straßburg ausgesprochene Urtheile, vor anderweitige hohe Verordnung, alßher nicht angenommen, sondern nach gedachtem hohen Tribunal verwiesen. Welches Querulante sich zu seiner Nachricht zu stellen. Decretum Greifswald den 28. Aug. 1688.

Senatus Sundensis, hujus rei certior factus, immediate causam suam ad aulam Regis detulit, tenorem Transactionis inter Ducem & Civitatem initæ, modo allegatae, strenue urgens, petitit, ut, ad dictum ejus, hoc in casu plane omnis litigantibus denegetur provocatio, utp. qvibus satis consultum sit, per remedium in dicta Transactione concessum, qvo iphis indulta sit facultas, coram Senatu gravaminibus suis, mediante transmissione actorum, medelam querere; Cui petitio & aliud junxit, ne Senatus gravaretur acta judici superiori in origine transmittere. Serenissimus autem Supplicam Senatus ad Commissionem Regiam, cui Visitatio Summi Tribunalis demandata erat, ablegavit, mediante Rescripto de die 15. Dec. 1688. Qvæ tandem sequenti deciso liti huic finem imposuit:

In Sachen Bürgermeister und Rath der Stadt Straßburg, entgegen und wider das hohe Königl. Tribunal zu Wismar, in puncto devolutionis circa Querelas nullitatum super definitivis, finden die zur Visitations-Commission verordnete Director und Visitatores, denen ergangenen

rendi, licet fatale ejus nondum elapsum sit; Quemadmodum etiam hoc in *Ord. Judic. Sund. c. l. §. 2.* ita decissum est. Et qvamvis alias, teste FRID. GERDESIO in *Coll. Pract. P. II. Seçt. I. cap. 10. §. 1. in fin.* ita afferente:

Licitum

Actis, auch allen dabey vorcommenden und erwogenen Umständen nach, recht, und der Willigkeit gemäß zu seyn, daß es bey der von J. K. Majest. unterm 4 May 1686 von Stockholm aus, an ermelbtem Dero Tribunal abgelaßnen allergnädigsten und gerechten Resolution und Verordnung, (Kraft welcher denen Stralsundischen Bürgern von den coram Senatu Stralsundensi abgesprochenen definitivis, ihre querelas nullitatum bey mehrgedachtlem Wismarschen Tribunal vorzubringen, frey gelassen worden,) als heilsam und nüchlich, auch denen Stralsundischen Privilegiis, und in specie dem Erb-Vertrage, unabbrüchlich, allerdings sein Verbleiben haben müsse; mit dieser angehängten rechlichen Erinnerung, daß obberührter Rath, ohne J. K. Majestät darunter jemahlen weiter anzulauffen, sich darnach unausföglich zu richten, und da wider niemahlen ihre Bürger inkünftig zu beeinträchtigen. V. K. W. Publ. die 28. Januar. 1690.

G. A. de la Guardie.

J. C. v. Ebrenburg. J. Bremer. D.

J. Hackman. D.

Cui decisio Senatus Sundensis tandem acqvievit, teste *Decreto de 31. Jan. 1690.* & sicutem transmissionem auctorum originalium in procellu nullitatum ad S. Tribunal deprecari, aut ad minimum remissionem eorum ad primam instantiam finita causa petere decrevit; Cum vero prius petitum denegatum, posteriori vero locus fuerit relictus: Senatus, cum nil, nisi obsequii gloria, ipsi reliqua vita fuerit, mediante *Decreto de die 3. Febr. 1690.* casu existente cautelæ loco protestationem annexetere eaque jura sua sibi conservare, ex re esse duxit, & hanc suam intentionem speciali Supplica sub d. 10. Febr.

K.

Licitum est, primum nullitatis beneficio uti, & ea rejecta, nibilominus appellationem prosequi, modo fatalia legitime obseruentur; haud tamen illud praesenti casui est applicandum, cum deductio nullitatis coram supremo judicio fuit introducta, a quo deinde nullus recursus ad inferius patet. Quemadmodum ita etiam in Camera Imperiali & judicio aulico, utroque licet concurrentem jurisdictionem habente, servatur, v. UFFENBACH de Consilio Cæsar.

1690. S. Reg. Tribunal declaravit, petitiqve, ut secundum tenorem Resolutionis Regiæ, supra adductæ, jura sua & privilegia, alias Civitati, in primis ex Transactione Ducali, competentia, in reliquis integra farctaque ipsiis relinquerentur, & denique ut S. Tribunal, si abusus istius remedii appareret, illum certa poena in partibus æquæ ac earum Advocate animadverteret. Cumqve post hæc S. Tribun. acta all. in origine reqvireret, & Senatus jura sua prætensa simul indigitaret, hæc tandem seqvebatur tentatio:

In Sachen D. Christoph Styppmanns, Appellantens und Deducentens, wider Elias Schlamann, Appellaten und Deducaten, in puncto prætentæ conditionis ex L. Diffamari, wird, der eingebrachten remonstration und exception-Schrift ungehindert, es bey Erforderung der Original-Acten gelassen, und dazu Rescriptum ad Senatum Stralsundensem erkannt. Es soll auch das übrige bey dem, in puncto relevantia ergehenden, Spruch in gehörige Consideration gezogen werden. Decret. beym Kon. hohen Tribunal in Wismar, den 30 May 1690.

Rescriptum ipsum, ad Senatum directum, seqv. erat tenoris:
Was bey unserm hohen Königl. Tribunal am verwichenen Reches Tage in Sachen D. Christ. Styppmanns, querulantem und supplicantem, contra Elias Schlamann, querulantem und supplicantem, in puncto L. Diffamari, hinc inde recessiret, und darauf damalen verabschiedet, solches haben Ihr aus dem Einschluß mit mehrern zu ersehen.

Cæsar. imperiali aulico, Cap. XII. Sect. 1. Subsect. 3. p. 153.
 Circumspecte itaque aget Advocatus, si bene rem omnem
 dum suis circumstantiis trutinaverit, ut tale eligat reme-
 cium, quod tutoori via gravaminis reparationem ipsi
 promittit, nec querelam nullitatis instituat, ni vera a ju-
 dice a quo commissa sint nullitates, potius tum, ni be-
 neficio restitutionis coram judge a quo uti malit, reme-
 dium appellationis eligat.

In reliquis judiciis Civitatibus, si ab inferiori In reliquis
 judicio ad superius provocatur, hoc remedium intra 10. judiciis Civitatis
 dies huic est notificandum & intra 4. hebdomadas intro-
 duendum. v. Ordinat. Judic. Gryphiswald. Tit. II. §. II.
 Qvod si autem mediante appellatione insinuatur, tum &
 hic eadem fatalia, qvæ alias in appellationis processu
 obseruantur, attendenda sunt. Si a Senatu provocatur
 ad Reg. Dicasterium, tum eadem fatalia qvæ restitutioni,
 præscripta sunt, ut §. seq. indigitabimus.

K 2

§. V.

Wann nun dem zu folge nach der Zeit euer bey der Sachen
 eingebrachte Remonstration und des Qverulati Excep-
 tions-Schrifft bey unserm hohen Tribunal collegialiter
 erwogen, und, der Sachen Umständen nach, Rechens
 befunden, es bey vorhin geschehener Erforderung der Ori-
 ginal-Acten zu lassen; zu dem Ende auch folgendes Re-
 scriptum erkannt worden:

Als gesunken Wir an Euch gnädigst, die in dieser Sache
 verübte Acta forderlichst in origine verschlossen anhero
 einzusenden; damit danächst hauptsächlich erkannt werden
 könne, was sich zu Rechte gebühret.

Vollbringet daran unsern gnädigsten Willen. Gegeben bey
 unserm Königl. hohen Tribunal in unsrer Stadt Wismar,
 den 30 May 1690.

Ad mandatum S. R. Majest. Svecicæ proprium

Joach. Rudig. v. Omfin. Vice-Præses.

§. V.

II.) De Remedio Restitutionis in integrum.

II. Remedium implorationis pro restitutione in integrum locum invenit contra sententiam iniqvam; Cum nempe judex secundum acta & strictum jus aliter judicare haud potuit, justa interim causa æquitatis, vel specialis, a Prætore olim in *l. i. ff. de quibus cauf. Major. 25. an. probata;* vel generalis, quæ scil. sub clausula Prætoris generali: *Si qua justa causa mibi videbitur,* comprehenditur, adest, qvæ judicem ad corrigendam sententiam suam compellere potest. Unde & hoc remedium generatim recte *actio redintegranda rei, vel cause, appellari* potest. Supponit itaque ejusmodi causas, qvæ in ante actis non fuere propositæ, ob qvas jam restitutio petitur. Unde, cum judici nil imputari possit, qvi hasce caufales, in actis haud deprehensas attendere non potuit: hoc remedium regulariter non nisi in eadem instantia, seu coram eodem judge, qvi sententiam tulit, locum invenire, facile appareat. MEV. P. II. D. 152. P. VIII. D. 104. Potest tamen coram eodem judge cumulari cum eventuali appellatione. MEV. P. II. Dec. 64. n. 4. Immo, in effectu appellationi æquiparatur, MEV. P. II. D. 151. n. 1. D. 297. n. 2. P. III. D. 19. n. 1. modo non calumniose fuerit petita, quo casu non habet effectum suspensivum. MEV. P. VII. D. 57. 274.

Ejusque Termino, & quidem J. Civili, In German. & Patria nostra, n. 4. Jure Civili huic beneficio integrum quadriennium indulsum. v. MARTINI Proc. for. Tir. 38. n. 85. COCH. Prax. for. Germ. P. IV. cap. 30. §. 2. In plerisque Germaniae provinciis, ubi instar remedii ordinarii, contra sententias observatur, intra decendum instituendum & judici notificandum. In nostris tamen judiciis Patriæ ubique latior eidem terminus est præfinitus. MARTINI l. n. 92. ut ex infra dicendis patescat.

In

In S. R. Tribunali contra Sententias ibidem, tam in ⁱⁿ judicio prima, quam secundia instantia lata, interlocutorias & quæ S. Tribunal. ac definitivas, hoc remedium usu frequentatur; v. Ordin. est 6. Septim.

eiusd. Judic. P. III. Tit. 6. §. 1. Terminus autem huic remedio in casu, quo contra sententiam definitivam, vel interlocutoriam, hujus vim habentem, instituitur, *ibidem* §. 2. præscriptus est 6. Septimanarum. Qvod si causales, vel in totum, vel tantum, relevantes deprehendantur, parti adversæ mediante interlocutoria sunt communicaṇdæ, quæ intra terminum legalem ad eadem respondet, usque duplicas autem haud procedatur. Contra interlocutoriam simplicem autem si instituatur, querulantis Procurator mox supplica summariter concepta causam gravaminis proponere, cui partis adversæ Procurator intra terminum legalem respondere, tandemque, ulteriori deductione præclusa, sententia ferri debet. v. Ord. S. Tribun. c. I. §. 2. Frivole ac malitiose eodem abutentis poena est condemnatio in restitutionem damni & expensarum. c. I. §. 5.

Ab hoc remedio autem plane diversum est Beneficium *Revisionis*, qvod ad imitationem Styli Camerae Imperialis in S. Tribunali unice, eo, quo ibidem servatur, modo, in usu est. MEV. P. VII. D. 220. n. 2. MARTINI

Proc. fori Tit. 37. Rubr. n. 31. COCHII Prax. fori Germ. P. IV. cap. 31. Est plane remedium aliquod extraordinarium, qvod cum prioribus, scil. Restitutione in integrum & Deductione nullitatis, non nisi elective, competit; MEV. c. I. n. 4. & locum saltem habet, si lis summa mille Thalerorum, quæ fortè, non computatis usuris, excedat. Ord. S. Trib. P. III. Tit. 7. §. 10. Intra terminum 6. Septimanarum a tempore publicatæ sententiæ est inti-

De Remedio
Revisionis in
S. Tribunali
usitato.

mandum, & deinde impetrans gravamina revisionalia, a die petitæ revisionis intra duorum Mensium spatum, præstitis solennibus & prævia depositione in casum succubentia certa summa 50 a mille, vel, si materia litis haud in quantitate consistat, pro arbitrio S. Tribunalis moderandæ, Ord. c. l. §. 9. judicio offerre, ad quæ pars adversa intra duos itidem Menses, qui terminus pro omni, & sic peremptorius est, respondere tenetur. v. Ord. S. Trib. P. III. tit. 7. §. 1. Tum acta in duplo describuntur & binæ ex actis relationes, altera a Facultate juridica Gryphiswaldensi, cuius Decanus etiam inter Revisores adhibendus, altera a Collegio Justitiæ ejus Prouincia unde causa ad Tribunal haud fuit delata, sunt concipiendæ; quibus Referentibus, ad minimum intra duorum mensium spatum, conceptionem relationis maturare incumbit. Ord. c. l. §. 2.3. § 4. quæ tum in proxima Visitatione prælegendæ, examinandæ &, prout Revisores justitiæ easdem convenientes judicabunt, sententia vel confirmatoria, vel reformatoria, in Revisionis instantia publicanda. v. Ord. c. l. §. 5. Haud tamen effectum habet suspensivum, nisi sententia executio irreparabile damnum secum ferat, præstita saltem hoc casu ab adversa parte cautione in casum reformatæ sententiæ prioris, ex arbitrio S. Tribunal determinanda. vid. Ord. c. l. §. 11. Nec recipitur, nisi contra sententiam verosimilia gravamina cum petitione offerantur. MEV. P. VIII. Dec. 85. Nec quoque, dum appellationem imitatur, locum invenit iis in casibus, ubi appellatio non admittitur, utpote ob manifestam contumaciam, vel desertionem appellationis. MEV. Part. IV. Dec. 353. Part. VII. Dec. 220. MARTINI c. l. n. 63. § 68.

In Reg.

In Reg. Dicasterio Remedium restitutionis æque ut In R. Dicast. ordinarium remedium impugnativum observatur; & itidem est 6. idem terminus 6. Septimanarum eidem est præscriptus. Septimanar. v. Ord. R. Dicast. P. III. tit. 3. §. 2. in fin. Saltem quod in causis Concursus Creditorum arctior terminus 4. Septimanarum obseretur. v. c. l. tit. 6. §. 13.

In Reg. Consistorio sub nomine Revisionis innotuit, In R. Consist. de quo in Ordinat. Eccles. P. III. Tit. Von Consistoriis. & est 3. Septim. in Instruktione hujus judicij antiqua de 1569. Tit. Von der Appellation, provisum, ut petens revisionem intra decadendum proximum a tempore publicatae sententia gravamina sua, in scriptis articulatim concepta, offerat. Tum, adversa parte excipiente, vel pro causa gravitate ad duplicas usque eadem tractata, acta ad extraneum judicem transmittuntur, omnibus ulterioribus remediiis impugnativis rejectis. In noviori autem Instruc. Consist. de 1681. P. III. cap. 4. §. 2. terminus introductionis gravaminum trium septimanarum, a tempore, quo sententia in notitiam partis pervenit, computandus, est præscriptus; & mox, ab adversa parte, exceptione oblata, acta ad extraneum Consistorium, vel Facultatem juridicam, transmittenda sunt; Sententia priori confirmata, omnis via ulterioris provocationis itidem est præclusa. v. Ordinat. Consist. c. l. §. 1. & Da. PRÆSIDIS Histor. Nachricht von denen Landes-Gerichten in Pom. und Rügen, Sect. I. Period. 2. cap. 1. §. 16. in fin. Advocati itaque, qui remedio restit. in integrum, tanquam ordinario per Ordinationem Dicasterii stabilito, in causis quoque Consistorialibus utuntur, peccant, eorumque petitio statim rejici solet; Siquidem, certis saltem circumstantiis

in *Ordin. Consist. c. I. §. 5.* expressis, concurrentibus, hoc remedium conceditur; Quæ si sint primo intuitu relevantes, ut pars adversa desuper audiri debeat, sententia a qua tamen confimetur, appellationis beneficium condemnato denegandum non erit. Quia hoc remedium restitut. plane extraordinarium est, certis saltem casibus competens, & quod ab hac restitutionis instantia appellatio ad Tribunal non amplius competat, nullibi dicitur. vid. b. HELWIGII nostri, R. Consist. olim Directoris, *Disp. de sententiis tribus conformibus, Secc. 2. §. 14.*

In Judicio
Civitatis
Sundensis.

In Judicio Civitatis Sundensis superiori hoc remedium, sive illud Leuterationis, sive supplicationis, appelles, itidem in usu est. v. *Ord. ejus judic. cap. 31. §. 1.* ita, ut integrum sit partibus, sententia Senatus gravatis, leuterationis beneficio uti, non solum in casibus, quibus appellare non licet, sed etiam quibus de jure appellatio est permissa; est tamen Senatui intra decendum a die publicata sententia intimanda & transmissio actorum petenda, appellationis ulterioris via præcisa. v. *Ordin. judic. Sund. cap. 31. §. 1.* & b. FRID. GERDESIUM in *Colleg. præf. P. II. Secc. 1. cap. 10. §. 3.* ubi late de hoc remedio differit, simulque decidit, appellationi locum esse, ubi Senatus gravamina Leuterationis, ut irrelevantia, rejicit, & transmissionem actorum denegat; sicut & Judice Revisionis a forma præscripta recedente, locum facit remediis aliis, quibus sententia impugnatur. MEV. *P. V. Dec. 109.* Si a judicio inferiori ad superius Civitatem, seu ad Senatum, supplicatur, supplica insertis gravaminibus huic intra decendum a die latæ sententia, aut rejectæ appellationis, est offerenda. v. *Ordin. judic. cap. 30. §. 2.*

In

In reliquis judiciis Civitatum Pomeraniæ ad formam, De Remed.
in Ordin. Reg. Dicast præscriptam, servatur, saltem quod Restitut. in
brevior terminus, scil. 4. saltem hebdomadum a tem- alii Judicis
pore publicationis sententiæ, aut ejus notitia acceptæ, Civitatensib.
introductioni ad judicium superius, sit præstitutus. v. *Ord.*
iudic. Gryplice Tit. V. §. 8.

§. VI.

III. tandem Remedium impugnativum, omnium III.) De Re-
freqventissimum ac saluberrimum, est *Appellatio*, quæ, medio Ap.
cum species defensionis sit, MEV. P. III. D. 127. P. IV.
D. 364. n. 3. P. VI. D. 13. n. 9. maxime favorabilis, ejus
exclusio contra valde odiosa est. MEV. P. VI. D. 55. n. 4.
& alibi passim. Locum invenit quando sententia a judice Quando lo-
inferiore lata, non quidem est nulla, attamen injusta, & cum invenit?
ex stylo Patria simul Nullitatem & Restitutionem in inte-
grum, tanquam speciem, sub se comprehendit; v. *§. præc.*
Fit autem eadem regulariter gradatim, ad judicem pro- Fit gradatim
xime superiorem, non per saltum ad Supremum judicem; non per sal-
hinc, omisso medio, non recipitur. *I. I. §. 3. I. 21. ff. de*
Appell. I. I. 2. 3. Quis, & a quo appell. MEV. P. I. Dec. 87.
D. 129. n. 1. D. 304. P. V. D. 204. alias ipso jure est nulla.
ID. al. D. 87. n. 6. Nisi ob causæ continentiam fiat, MEV. Limitatus,
P. V. D. 204. vel intermedius judex sit suspectus, *ID. P. V.*
D. 402. vel ejus juridictio adhuc dubia, *ID. P. III. D. 384.*
vel a supremi judicis decreti declaratione fuerit appelle-
latum, *ID. P. VI. D. 96.* vel appellatio tendat ad intermedii
judicis jurisdictionem corroborandam. *ibid. D. 97. Conf.*
JOH. GROENINGII *Instituta nova præfica P. II. M. I.*
vap. 7. §. I. p. 231. Idem modus provocandi per gradus
Jure quoque antiquo Germanico obtinebat. v. *Jus Prov.*
Sax. L. II. art. 12. Quanquam olim in Pomerania nostra,

L

antequam

Quomodo olim & hodie in Patria comparata Appellat in-stantie. antequam judicia hic locorum in justam, qua jam gaudent, formam fuere redacta, haud insolens fuerit ad judicium aliquod æquale, vel intra, vel extra provinciam, provocare. (p) Quot itaque judicia superiora in Patria vigent,

(p) Hoc apparet ex *Privilegio Civitati Colbergenſi dato, de an-*
1255, quo inter alia ipsi concessa facultas, causas litigiosas decisioni Consulum civitatis Gryphiswaldensis deferre. Nec non ex *Privil. a civitate Belbucensi a. 1350. impetrato, quo licentia ipsi concessa ad Senatum Colbergenſem appellandi.* Idem indultum erat privilegium Civ. Stargardensi, cui reliqua erat potestas provocandi ad Senatum Anclamensem. Qva de re legi merentur ea, qvæ refert Dn. PRÆSES in der hyst. Nachricht von denen Landes-Gerichten in Pommern, Sec̄t. I, Per. I. §. 6. in fin. Qv in immo, in causis Sundensium, prædia ruralia possidentium, appellabatur extra Provinciam, ad Judicium Megapolitanum *Septem Quercum*, die sieben Eichen, dictum. De quo non ita pridem Excell. Dn. SCHWARTZIUS noster, de historia patriæ quotidie optime merens, peculiarem nobiscum communicavit Translationem, de Serie processus & provocacionum forensium in causis, ad ius Sverinense dirimendis, qvæ apud Stralsundenses olim iustitata fuit. Qvam deinceps idem laudatus Auctor novis exornavit animadversionibus. Haud tamen sine fructu hic conferes Dni. PRÆSIDIS Anmerkungen von der in Pommern, besonders in derer Stralsundischen Landbegüterten Streitigkeiten, ehemalen üblich gewesenen Appellation an die sieben Eichen in Mecklenburg, in Rituall eius academico Mantissa VII. p. 527. obvias, ubi in nonnullis a sententia Dni. SCHWARTZII discedit.

Tandem etiam nonnullis civitatibus patriæ ex gratia Principum indulgebatur Privilegium, lites suas in superiori instantia devolvendi ad Senatum Lubecensem, unde iura sua petierant. Ut exemplo in primis civitatis Sundensis comprobatur; Qvamquam tamen Principes, introductis Sec. XV. peculiaribus judiciis provincialibus, promiscuam am-

vigent, tot diversas deprehendimus appellationis instantias, quæ omnes gradatim sunt pulsandæ. v. Ord. S. Trib. P. II. T. 2. §. 1. ibi: Zu den unmittelbaren hōheren angestellten und der mittelbare Richter nicht vorbey gegangen werde. Ab inferioribus itaque Judiciis ad proxime superiora, & ab his tandem gradatim ad suprema appellatur. Sic ab inferioribus judiciis Civitatibus appellatur ad Senatum ejusdem Civitatis. (q) A Civitatibus Præfecturarum ad ipsos Præfectos regios; In Rugia autem ad Præfectum Regium ejus provinciæ. Quorsum etiam ibidem appellationes introducuntur a judiciis Nobilium, a Jurisdictione Judicis provincialis haud exemptis, ut & in causis Civium Sundensium, prædia ibidem possidentium. v. Transact. Ducis PHIL. JULII cum Civitate Sundensi a. 1615. initam, Art. VI. A Nobilium autem Judiciis in

L 2

Pome-

plius provocationem ad dictum Senatum Lubecensem admittere noluere. v. Dn. PRÆSIDIS all. hist. Nachricht Sect. I. P. II. c. 1. §. 25. p. 193. Ideo in Transact. cum civitate inita de 1615. §. 5. res eo redigebatur, ut partium arbitrio fuerit relictum, num ad Senatum Lubecensem, num vero Dicasterium provinciale, provocare vellent. Donec tandem, ex eo tempore, quo Provincia hæc Regno Sveciæ cessa, huic beneficio electionis plene renunciaverit, & R. Dicasterium ordinariam eamque solitariam appellationis instantiam agnoverit. Quam materiam pluribus prosecutus Dn. PRÆSES cl. §. 26. p. 242.

(q) Id quod etiam intuitu Consistorii Civitatis Sundensis obtinet. De quo vid. Ordinat. Consist. ejusd. Civit. de a. 1608. d. 21. Mart. quæ tamen hactenus in MSto latet. Ubi Tit. XIV. sequentia leguntur: Wo jemand von des Consistorii Bescheiden oder Urtsheln sich beschweret befindet, soll er damit an uns (den Rath) und denn weiter nicht zugelassen werden.

Pomerania, & superioribus Civitatum, (r) nec non iudiciis Praefecturarum (s) aliorumque privatorum, praedia ruralia dominii, vel pignoris jure, tenentium, ad R. Dicasterium; Et ab hoc iterum, ut & a Reg. Consistorio, (t) & Aca-

- (r) Saltem hic qva Civitatem Sündensem notandum, hanc vi Transactionis, de 165., intuitu appellationis insignibus gaudere privilegiis. Sic 1) in dicta Transact. N. 2. & Ordinat. ejus Judic. Cap. XXX. §. ii. quam plurimi excipiuntur casus, quibus appellatio plane denegata; casu autem dubio existente, acta, juncto instrumento appellationis & extractu dictae Transactionis, ad extraneum judicem sunt transmittenda. v. Ord. jud. al. I. §. 22. 2) Appellans, ni appellatio viva voce fuerit interposita, instrumentum appellationis, nec non 10 florenos, offerre, simulqve juramentum appellationis in propria persona præstare & cautionem de expensis, in casum succumbentiae restituendis, offerre tenetur; v. dictam Transact. n. 3. & Ordin. judic. cl. §. 10. 13. & 14. 3) Tam judicium inferius, quam superius, Senatus nempe, eo jure gaudet, ut supra relevantiam gravaminum ac effectum appellationis cognoscat, ita, ut vel appellanti processus denegare, vel appellationi saltem qva effectum devolutivum deferre possit. v. Ord. jud. cl. §. 2. 10. 20. & 22. 4) Acta non in origine, sed in copia, a R. Dicasterio reqvirenda. Ord. jud. cl. §. 3. Nisi causam viduarum vel orphanorum respiciant.
- (s) Quæ speciatim circa appellationem a judicio provinciali Ruegie disposita sunt, deprehendes in dem Rugianischen Land- Recht, tit. IV. & in Dn. PRÆSIDIS all. hist. Nachricht p. 324. in fin. Et de appellatione, qvæ a judicis Praefecturarum Pomerania ad R. Dicaster. devolvitur, agit der Amtmänner Instruktion de d. Stett. d. 21 Junii 1701.
- (t) A R. Consistorio olim nulla locum habuit appellatio, ut videre est ex antiqua Ordinat. Consil. de 1569. Tit. von Appellationen, cuius verba ita se se habent: Weil die Kirchen-Sachen summarisch seyn, und schleunig darin procediere wer- den soll, so wird auch die Appellation in diesen Sachen völlig

& Academia Gryphiswaldensi, (n) nec non ab illustriss' Regimine in causis privatis, quæ forsitan eo devolutæ fuere, immediate ad S. Reg. Tribunal provocatur. v. Ord. ej. P. II. T. I. §. I.

Hoc singulare est, quod in causis militaribus & Vectigalium regiorum extra Provinciam, quod alias prohibatum est, ad Judicia superiora Regni Sveciæ appelletur. Sic causæ Licentæ marinæ, vi *Ordinationis Regiae*, huic *judicio præscriptæ*, de 1688. d. 22. Nov. §. 8. immediate per appellationem devolvuntur ad Cameram & Collegium Regni, cui causæ Commerciorum decidenda commissa sunt. Quod tamen recentioribus Resolutionibus Regiis, qua causas Licentæ est immutatum, quibus decisum, appellationes ab hoc judicio ad S. Tribun. esse dirigendas. v. *Rescriptum Regium, ad Collegium Commerciorum transmissum*, de 1734. d. 2. May. nec non *hujus Collegii Rescript. ad Regimen Pomeraniæ* de d. 26. Sept. 1739. De quibus

L 3 fingu-

abgeschnitten. Et in fin. hujus Tit. daher es auch endlich bleiben und keine Appellation darüber und darüber zugelassen werden soll. Qvenadmodum autem hæc postea in *recentioris Ordin. Conf. de 1681. P. III. cap. IV. §. 1.* mutationem passa fuere, & appellationi ad S. Tribunal, attamen alternative faltem, locus fui relictus: Ita & hodie apud Sundenses in causis ecclesiasticis, a Consistorio Sunderni ad Senatum delatis, ab hoc appellatur ad S. Tribunal. v. MEV. P. III. D. u4. & Dn. PRÆS. all. hist. Nachr. §. 17. p. 116.

(n) Conf. hac de re Dn. PEASIDIS Rechtliche Deduction: daß J. Kön. Maj. alterunterhängste Academie zu Greifswald und deren Membra, auch in causis contentioꝝ jurisdictionis, nicht unter dem Königl. Hosgerichte, sondern immediate der Königl. Landes-Regierung und hÿhen Tribunal ihr forum sortire, Extat in EJUSD. Rituall Acad. p. 377.

singulis ex instituto egit Dn. PRÆSES in der Historischen Nachricht von denen Landesgerichten in Pom. und Mügen.

De Effectu
Appellat.

Effectus appellationis & de substantia ejus est, ut jurisdictionem inferioris suspendat, MEV. Part. II. Dec. 294. n. 4. ligat judicis a quo manus, ut nil in præjudicium causæ ulterius agere possit absque periculo attentati, ID. P. I. D. 151. n. 2. P. II. D. 39. n. 7. D. 198. n. 1. P. IV. D. 72. n. 3. etiam sine inhibitione, IDEM P. VII. D. 280. n. 1. licet eam frivolam putet. P. II. D. 294. Sed, non nisi in isto articulo, de quo sententia sonat, vel ei connexis. ID. P. II. D. 145. n. 6. D. 255. n. 1. P. III. D. 106. 116. n. 3. P. IV. D. 268. Modo tamen sit devoluta. MEV. P. I. D. 59. n. 6. P. IV. D. 185. n. 2. COCHII Prax. for. Germ. P. IV. cap. 28.

De summa
Appellabili.

Ne tamen hoc saluberrimum beneficium in remedium iniquitatis malitia hominum degeneret, vel homines in causis levioribus eodem abutantur, ordinationibus judicarii eidem repagulum positum est, ita ut regulariter, ni summa, de qua litigatur, certam quantitatem supereret, non recipiatur. Quæ summa in R. Dicast. sunt 50 floreni. v. Ord. Reg. Dicast. P. III. T. 4. §. 14. In Sum. Tribunal autem 200 Thaleri; in causis pauperum vero 25 Thaleri, vel eorum estimatio. v. Ordin. S. Trib. P. II. T. 1. §. 9. & 10. ubi & ulterius causæ, in quibus appellationi effectus vel denegatur, vel restringitur, recententur.

§. VII.

Jam de terminis seu fatalibus hujus remedii, pro diversitate judiciorum variantibus, speciatim erit agendum. Horum potissimum IV. sunt notanda.

I. est Fatale interponendæ appellationis. Interpositio appellationis dicitur, quando appellans illico, stante pede,

in

De Terminis
Fatalibus in
appellacione
usitatibus.
II. Fatale in-
terponendæ.

in judicio, quam primum sententia publicatur, se ea gravatum esse, ideoque appellare testatur, appellationemque ad acta notari petit; vid. STRYCK de *Præscript. Action.* *Sect. IV. M.3. §.2.* Vel etiam, quando extrajudicialiter Notario exhibitis testibus appellationem significat, & eandem in Protocollo annotari desuperque instrumentum erigi, petit. Hujus fatale olim erat in causa propria biduum in aliena triduum. vid. COCH. c.l. §.12. Jure ^{Quod hodie est decen-}
Novell. vero, utp. *Nov. 23. cap. 1.* sicut & praxi moderna ^{dium,} hoc ultimo casu indistincte est descendium a tempore publicatæ sententiæ, vel a die Notitiae, ubi scil. specialis citatio ad audiendam eam non præcessit, vel etiam sententia in dicto termino non fuit publicata. vid. *Recess.* *Vijst. R. Dicast. de 1707. n. 105.* MEV. P. II. D. 270. P. III. D. 269. P. VII. D. 269. Præsumitur quoque intra decendum a tempore latæ sententiæ, vel scientiæ, interposita, nisi ex Notarii instrumento aliud colligi possit. ID. P. II. Dec. 373. Ideoque appellans ad juramentum super hoc præstandum adiligendus non est. ID. P. V. Dec. 167. Nec incipit citius, quam a die scientiæ, currere, et si appellans Procuratorem ad acta habuerit. ID. P. V. D. 207. Nec etiam Procuratoris hic commissa negligentia partibus nocere debet. Ubique locorum hoc fatale eodem termino includitur. v. LUDOVICI *Civil-Proces* cap. 33. §. 2. <sup>Ubique loco-
rum etiam in
Patria.</sup>

qui & in nostris judiciis Pomerania, tam inferioribus, quam superioribus, stricte servatur. v. *Ord. S. Trib. P. II.* T. 2. §. 2. *Reg. Dicast. P. III. T. 4. §. 2.* *Judicij Sundensis* Tit. XXX. §. 1. & 10. (x) *Judicij Gryphisw.* Tit. V. §. 2.

In

(x) Ex præscripto hujus *Ordinat. jud.* majoris cautelæ gratia requiritur, ut in casu, ubi non mox stante pede fuit appellatum, documentum appellationis notariale insertis grava-

In Judicio provinciali Rugiæ equidem hic terminus descendii itidem observatur, requiritur tamen, ut intra illum appellans sifstat fidejussorem, einen Appellations-Bürgen & appellationem simul judici provinciali & parti adversæ notificet. v. Rügianisch Land Recht Tit. IV. §. præced. all. Saltem ut singulare hic notandum, quod in *Ordinatione judicij Licentæ, sup. §. 6. in fin. all.* terminus 4. dierum interpositioni appellationis sit præscriptus; ubi simul duo semis Thaleri Imperiales, seu 3 Thaleri simplices, & 16 asselles Lubecenses solvendi. (y) Adhærens quoque alterius appellationi eandem intra decendum ratam habere debet. MEV. P.IV.D.180.n.4. Quando autem adhæsio post decendum fieri possit. v. EUND. P.I.D.158.

§. VIII.

minibus, ad evitandas fraudes, ne scil. ad sollicitationem partis Notarius demum post lapsum fatalis recipiat appellationem, cum spoutulis, intra fatale decendii, Judici a quo, vel Secreterio, ad Protocollo offeratur. Id, qvod in communi Decreto Ampl. Senatus de d. u Mart. 1681. Ordinationi judicariæ sub n. XXI. adjecto, denuo inculcatum deprehendimus; hac adjecta comminatione, ut, in casum contraventionis post lapsum decendii, documentum illud, tanquam suspectum, una cum appellatione, rejiciendum sit. Id qvod tamen in aliis judiciis provincialibus nullibi exigitur. vid. FRID. GERDESII Coll. præct. P. II. S. 1. cap. X. §. 10. in Oper. ejus p. 712.

(y) De observantia Ordinationis in hoc passu testatur seqvens Decretum hujus judicij: Auf Dni. Rectoris & Concilii Acad. hieselbst, ad acta der Wamper Bauern, in puncto verbothener Löschung, sub prod. hodierno übergebene Anzeige, cum intimatione appellationis, nebst Behl. A & B, erfolget zum Bescheide: Als in der Königl. Licent.-Gerichts-Ordnung §. 8. deutlich verordnet, daß die appellations von denen Königl. Licent-Gerichten nicht anders, als wenn von dem appellirenden Theil

§. VIII.

II. Fatale dicitur *intimandæ appellationis*. Quo appellans judici a quo, mediante oblatione Schedulæ appellationis, eandem notificat. Hoc nequaquam eum in finem fit, ut Judex a quo cognoscat super justitia, vel in iustitia appellationis; Hæc enim cognitio semper spectat ad judicem ad quem; v. *Rec. Vi. Dic. n. 106.* § 76. Conf. supra §. 6. de effectu appellationis notata. Sed ad id, ne quid a judice a quo interim innovetur, vel attentetur. v. *MEV. P. I. D. 59. n. 1. P. III. D. 124.* FRID. GERDESII *Colleg. pract. P. II. S. I. cap. 10. §. 10.* in *Collect. Oper. ejusd.* p. 711. *in fin.* Quod tamen quandoque, ut de Civitate Sundensi §. 6. not. (r) n. 3. observavimus, limitationem recipit. v. GERDES. c. l. Hoc fatale in plerisque Germaniæ locis etiam intra decendium observandum; Quemadmodum etiam in Patria nostra Ordinationibus judicilibus ejus observatio præscripta est. Sic in *Recessu Vizir.* R. *Dicast. de 1707. n. 105.* hæc expressa extant verba: Es soll der Appellant nicht alleine intra decendium appellationem interponiren, sondern auch sofort dieselbe dem Königlichen Hofgericht intimiren. Quoniam autem partibus, appellationis remedium amplectentibus, adhuc ideo stricte non attendit, alio remedio in prima instantia uti integrum est, in tur.

M hisce

2 und ein halber Rthlr. Species für die Appellation ersehen worden, zugelassen seyn sollen; die Ordnung auch in hoc passu in viridi observantia ist: So mag auch der, von Hrn. Appellantem intimirten, Appellation anderer Gestalt nicht defiriret werden. Wann aber sothane Appellations-Gelber entrichtet worden, so soll in honorem Dni. Superioris der angezeigten Appellation aller rechtliche Effect gegönnet werden. Greifswald, d. 2 Aug. 1743.

hisce autem remedii spatum 6. Septimanarum indulatum, nec etiam, ut illa præcise judici a quo intimentur, expresse Ordinationibus nostris judicialibus exigitur: Ideo evenit, ut hoc fatale intimandæ nec in Reg. Dicast. nec aliis judiciis Patriæ, adeo stricte obseretur; Quamvis secundum mentem legislatoris utique & illud in reliquis remedii impugnativis exigi videatur. Interim tamen ejus observatio sua in praxi gaudet utilitate. Cum per intimationem appellationis judici a quo ligentur manus, ne in causa ulterius procedere possit. Qua neglecta eum sententiam absque metu attentati executioni mandare posse, *supra Cap. II. §. 15. not. (k)* evictum dedimus.

In R. Consist. est 4. Hebdomadum. In R. Consistorio, quo secundum recentiorem ejusdem Ordinationem, appellationi locus relictus est, *P. III. C. 4. §. 3.* sancitum, ut appellatio intra 4. septimanas huic judicio intimetur, & simul, ut acta S. Tribunalis transmittantur, petatur. Et quamvis R. Consistoriorum quondam eam sententiam foverit: Appellantem, hoc fatale intimationis negligentem, causa cadere; Dni Visitatores Regii autem in *Recessu Visitat. hujus judicij de 1703. d. 20. Nov.* qui tamen ao. 1707. demum typis publicis fuit excusus, §. 31. in alias ivere partes; statuentes, R. Consistorio licere hoc casu, ad instantiam partis adversæ, appellata vulgo dictæ, executionem decernere; Quod si autem, hoc non obstante, a S. Tribunalis appellationi deferatur, vel appellans ibidem dilationem impetraverit, executionem quidem esse suspendendam. Appellantem autem ob neglectum intimationis, absque ulla contradictione mulctâ 10 Thalerorum esse plectendum, quos, antequam acta ipsi traduntur, solvere necesse habet. Id quod & in Praxi stricte servatur.

quod stricte servandum.

In

In Judicio tamen Sundensi fatale intimandæ, decendii, strenue observatur, quemadmodum & in *Ordinat. ejus Civit. Strali. Judiciaria* istius observatio præcise requiritur. v. §. præc. not. (x) Imo, judicio inferiori indulta est potestas, appellanti terminum coarctivum, modo tamen non infra octiduum, præfigere. *Ord. judic. Cap. 30. §. 3.* Id quod & Senatui licet. c. l. §. 4. Appellato quoque integrum est, sententiam, intra proximam juridicam post ejus publicationem, coram judge a quo producere, & si hic deprehendit, tempus quatuordecim dierum a die interpositæ appellationis esse effluxum; appellans, usque dum legitima impedimenta probaverit, privatione hujus beneficij plectitur; quæ sententia in proxima juridica, appellante moram non purgnante, purificatur. *Ord. jud. c. l. §. 5.* Quod si autem judge a quo plane deferre nolit appellationi, Appellans intra decendum a die rejectæ appellationis supplicam, insertis gravaminibus, Senatui debet offerre, ejusque decisionem expectare. v. *Ord. jud. c. l. §. 2.* Eo autem casu, ubi a Senatu ad Dicasterium Reg. appellatur, intimatio appellationis haud est necessaria, sed sufficit intra 3 menses processus extrahere, & instrumentum appellationis insertis gravaminibus Senatui insinuare. Ut infra sub fatali introducenda percipiemus.

In Judicio Provinc. Rugiæ, ut supra §. 5. n. 5. jam percepimus, ex *Jure provinciali Tit. IV.* eadem necessitas vinc. Rugiæ. In Jud. pro. intimandæ appellationis intra decendum, requiritur.

§. IX.

III. Olim usitatum quoque erat Fatale petendi *Apostolos*, & exhibitionem Actorum præstandique Appellatio- III. Fatale petendi Apostolos & exhibiti- num solennia. Apostoli erant literæ, quas Judge a quo, hibitionem ad instantiam appellantis, vel ad judicem superiorem pro- actorum,

M. 2 vocantis,

Nec non ter-
minum ad
præstanta
solennia.

vocantis, judicem ad quem de statu causæ & justitia vel
injustitia interpositæ appellationis, simulque num eidem
deferenda sit, vel non, certiorem reddit. Quod si judex a
quo causam istam plane a foro suo dimittit & ad superiorius
judicium remittit, tum dicuntur *dimissoriis*. v. t. Tit. ff.
de *libellis dimissoriis*. l. 106. ff. de V.S. Quod si in iis in
honorem judicis superioris appellationi deferatur, *Reve-*
rentiales; *Refutatorii* vero dicuntur, si judici ad quem
rationes exponunt, qua re non sit recipienda appellatio,
qui tamen his non obstantibus illam recipere potest. v.
MEV. P. III. Dec. 386. P. VI. D. 13. De quibus singulis
aliisque speciebus consulendi sunt Scriptores ad Tit. ff.
de *Libellis dimissoriis*, qui Apostoli dicuntur, in primis
LUDOVICI in *Civil-Proc. Cap. 33. §. 14. sqq.* Terminus
petendi Apostolos erat 30 dierum, l. 24. C. de Appell.
r. 8. b. t. in 6. a tempore latæ sententiaæ computandos.
Quamvis communiter hodie in Schedula ipsa interpo-
sitæ appellationis peti soleant. v. LUDOVICI c. l. §. 18.
BOEHMER in *Comp. ff. al. Tit. §. 4.* Verum ab hac ne-
cessitate petendi Apostolos recessit *Ordinatio Cameræ*
Imper. nec non *S. Tribun. Wismariensis*. v. MEV. P. I.
D. 36. Nec quoque in aliis patriæ judiciis attenduntur;
Potius judex, ratus frivole appellatum esse, ex officio
Apostolos refutatorios decernere, eosque junctis ratio-
nibus decidendi clausisque actis ad judicem superioriem
mittere potest, ut, introducta apud hunc appellatione &
petitis processibus, ab hoc super relevantia gravaminum
statim sententia ferri queat. v. *Ord. R. Dicast. P. III. T. 4.*
§. 3. MEV. P. I. D. 136. P. VI. D. 13. Interim tamè intra
eundem terminum appellans editionem actorum a judice
primæ instantiæ petere, v. *Recess. Imp. noviss. §. 61.* alia-
que

que solennia, utpote Juramentum & Cautionem, alicubi etiam certam pecunia sumnam in casum succumbentiarum, præstare tenetur. v. LUDOV. c. l. §. 20. sqq. De quibus singulis autem, quid in patria nostra obtineat, supra jam observavimus.

§. X.

IV. Denique Fatale dicitur *introducendæ appellationis*. IV. *Introducendæ est dictum, versum. Si*
Hoc consistit in certo termino, appellanti ad id præfixo,
ut intra illum Judicem superiorem, ad quem dictum, appellatur
de appellatione facta per oblationem documenti appella-
tionis certiore reddat, eamque ut recipiat, petit. (z)

M 3

Variat

- (z) Integrum tamen hic est parti appellate adire judicem ad quem, ab eoque petere, ut præfigat appellanti brevorem terminum, intra quem appellationem suam introditat; Quicquid hinc *coarctivus* in praxi appellatur. Similque appellatus insinuat judici ad quem *exceptionem frivole appellationis*, vel *querela*, qua petit, ut ad oblatum libellum appellantis, detecta appellationis iniquitate, processus eidem denegetur. Hoc multum facit ad abbreviandos processus. Hæc tamen cautela hic est adhibenda, ut excipiens suam facti speciem, qua Judici a quo verum cause flatum ante oculos ponere, & injustitiam appellationis, ab adversa parte suscepere, denudare intendit, validis argumentorum ponderibus & in primis documentorum, ex actis depromptorum & vidimitorum, fide instruat, quo iudex superior de veritate eorum eo magis convincatur, & collatis iis, tanquam genuino extractu actorum primæ instantiæ, cum appellantis libello, eo facilius, absque requisitione & inspectione actorum, ad denegandum processus appellatorios, commoveatur. Præterea optime Advocato erit consultum, si exceptionem frivole appellationis separato libello proponat, nec eandem cum petito pro decernendo termino coarctivo in eadem supplica cumuleat. Quoniam hæc appellanti in copia cum mandato

Variat autem hic terminus, pro cuiusque judicij variante stylo, in judiciis inferioribus breviori, in superioribus vero ampliore.

1) a Judicio Civitatibus inferioribus, si ad Senatum appellatur, plerumque huic fatali termino 4. Septimanarum est praefixus. v. *Ordin. judic. Gryphisw. tit. 5. §. 3.*

Apud Sundenses hoc casu olim, si neutra pars introductionem urserit, (wenn von keinem Theile die Ehehaften/ oder Falligkeit, gebeten) fatalia ejus usque ad 6. menses patebant, qua tamen postea ad 3. menses fuere restricta. v. *Ord. jud. Sund. cap. 30. §. 6.* Intra quem terminum simul appellans plena acta primæ instantiæ, sub poena desperationis, offerre tenetur. v. *Ord. c. l. §. 8.*

2) A Senatu ad Dicaster. 2 menses.

Quando autem a judiciis Civitatum superioribus ad R. Dicast. appellatur, introductioni appellationis 2. menses inserviunt. v. *Ordin. R. Dicast. P. III. T. 4. §. 17.* ibi: Alle Appellations-Sachen sollen innerhalb 2 Monat, von Zeit der interponirten Appellation anzurechnen, mit Aus-

brinc
communicatur; Quo fiet ut & rationes in exceptione ad ductas, appellanti communicarentur; qui inde occasionem arriperet easdem in libello suo appellationis refutandi. Ut taceam suuntus, quibus alias appellatus in rediuncta copia exceptionum parcere poterit.

Hoc autem ad Judicem ad quem dirigendum, utpote cuius cognitione, mox intimata judici a quo appellatione, est subiecta, ita ut hic nihil in causa, quatenus per appellationem ad superius judicium devoluta, decernere queat. Ex stylo tamen Civitatis Sundensis hic, tanquam singulare, notandum quod etiam Jūdēx a quo appellanti terminum coarctivum praefigere possit. Qui tamen haud infra octidui spatiū coarctari potest. v. *Ordin. judic. Sund. Cap. 30. §. 3.* Id quod etiam ad instantiam appellatoris a Senatu fieri potest. vid. *Ord. c. l. §. 2. Conf. supra §. præc. in fin.* hac de re notata.

bringung, inhibition und Ladung / an unser Hofgericht anhängig gemacht werden. Geschiehet solches nicht, soll der Richter erster instance, auf des gewinnenden Theils Forderung, das gesprochene Urtheil vollstrecken; Es würde denn der Appellant glaubliche Ehehaften vorbringen, und, in Mangel des Beweises, mit seinem Eyde bestheuren, daß es an seinen möglichen Fleiß nicht gemangelt, sondern er sonst, ohne seine Schuld, verhindert worden; auf welchen Fall ihm noch ein Monat, peremptorie, mitgetheilet werden soll. Quæ tamen exactio juramenti ad impetrandam prorogationem, raro, imo vix, in judiciis nostris frequentatur.

In causis pauperum, terminus 4. hebdomadum limitatur.
est præstitutus. v. Ord. R. Dic. P. III. T. 4. §. 14. Interim ex Appellans 14
Recessu Visit. R. Dic. de a. 1707. n. 114. hic notandum, dies ante laps
quod appellans teneatur 14 dies ante lapsum fatalis intro
ducendæ, gravamina sua R. Dicafterio insinuare, quo in
terea R. Dicafterium de procesibus decernendis cognoscere queat. Quod tamen in praxi vix attendi solet.
Adminimum, neglecto eo, appellatus appellationem non
tanquam desertam impugnare potest, quia hæc dispositio
non in gratiam appellati, ut is ex neglectu ejus jus quæ
sum acquirat, sed in commodum judicis unice, quo is
eo citius & majori industria gravamina ponderare pos
sit, vergit.

Ex stylo Civitatis Sundensis hic iterum aliquid singu
lare requiritur, nempe, ut 1) Appellans intra 3 menses 3 menses,
instrumentum appellationis, insertis gravaminibus, una
cum 10 florenis, in casum succumbentia, citata altera
parte, Senatui, & 2) intra eundem terminum idem
instrumentum R. Dicafterio offerat, simulque Proceslus
cum Compulsorialibus ad Senatum extrahat. v. Transact.

inter.

inter DuceM PHIL. JUL. & Civit. Sundensem, an. 1615.
 initam, Art. V. n. 3. Cum alias haud opus est judici a
 quo, vel etiam ad quem, ubi scil. tantum introducitur
 appellatio, insinuare libellum, cui gravamina sint inserta.
 v. Ord. Dic. cl. §. 12. MEV. P.I. D. 59. FR. GERD. Coll. præst.
 P. II. S. I. c. 10. §. 10. & 13. in Oper. ejus p. 712. & 716. Nisi
 in casu, ubi ab interlocutoria sententia, cuius gravamen
 per definitivam reparari haud poterit, appellatur. v. Ord.
 R. Dicast. c. l. §. 16. 3) Tenetur semet offerre intra dictum
 terminum ad præstanta solennia, Juramentum scil. ap-
 pellationis & cautionem. 4) Acta plena describenda,
 &, qvam primum descripta sunt, appellanti id noti-
 ficandum est, qui dies notificationis ad acta notandus;
 Qyo factō, appellans intra 3. menses, a die factæ denun-
 ciationis, acta & simul gravamina sua in proxima juridica
 judici ad qvem offerre debet. v. d. Transact. art. 5. n. 5.
 Et qvando 5) causa in appellabilis est, vel appellatio sal-
 tem effectum devolutivum fortitur, Senatui, non ob-
 stante inhibitione R. Dicast., in causa ulterius procedere
 & sententiam suam executioni mandare, integrum est.
 v. Ord. jud. Sund. C. 30. §. 11. n. 20. & §. 12. Denique 6) in
 casu, ubi sententia Senatus in superiori instantia confir-
 matur, vel appellatio deserta, aut illegalis deprehenditur,
 10. illi floreni, in casum succumbentia depositi, in usus
 publicos cedunt. v. Ord. c. l. §. 14.

3) a Judicio
 provinciali
 Rugie, 4 heb-
 domad,

A Judicio provinciali Rugie, ex præscripto *Juris*,
 qvod ibidem viget, *provincialis Tit. IV.* si ad Reg. Dicast.
 provocatur, appellans intra spatum 4 hebdomadum
 appellationem ibidem introducere, & Citationes atque
 Compulsoriales extrahere tenetur; Qyo neglecto, Judex
 provincialis ad instantiam alterius partis, sententiam
 suam

suam executioni mandat. v. Dn. PRÆS. Histor. Nachricht
von denen Landes-Gerichten in Pommern und Rügen.
Seß. II. §. 7. in fin. pag. 325.

A Reg. Dicast. ad S. Tribunal directa appellatione,
fatale eandem introducendi est 3. Mensium. v. Ord. Reg.
^{4) a R. Dic.}
^{ad S. Trib,}
^{3 mentes.}
Dic. P. III. T. 4. §. 2. Ord. S. Trib. P. II. T. 2. §. 4. Exceptis
causis Concursus Creditorum, in quibus hicce terminus
ad 4. hebdomades est restrictus. v. Ord. R. Dic. c. l. Tit. 6.
§. 13. & ubi a sententia interlocutoria, vim definitivæ ha-
bente, & ejusmodi præjudicium, qvod per sententiam de-
finitivam refarciri commode non possit, continet, appelle-
latur, terminus 6. Septimanarum est præscriptus. v. Ord.
S. Tribun. P. II. T. 1. §. 11.

In R. Consistorio hic modus procedendi observatur,
ut appellans, facta intra 4. hebdomades intimatione ap-
pellationis coram judge a quo; ut supra §. 8. audivimus,
intra 6. Septimanas a tempore latæ sententiaz appellatio-
nen in S. Tribunal introducat. v. Ordin. S. Tribun. P. II.
T. I. §. 15. Et quamvis dicta Ordinatio restrictive loqua-
tur, Praxis tamen docet, in omnibus causis Consistoria-
libus eundem terminum 6. Septimanarum stricte servari.
Immo, & hic in Concurso Creditorum, tanquam casu
speciali, secundum præscriptum Ord. R. Dicast. c. l. §. 13.
terminus ad 4. hebdomades erit restringendus.

In Judicio Licentæ, vi Ordin. ejus de 1688. d. 22. Nov. 6) a Judicio
§. 8. ad introducenda gravamina coram Collegio Cameræ ^{Licentæ}
^{4 menses.}
Regni Svecici, terminus 4. Mensium est præscriptus. In
iis tamen causis, qvæ hodie mediante appellatione Sum.
Tribunalis cognitioni subjectæ sunt, v. supr. §. 6. in fin.
ordinarium fatale in Ordinat. S. Trib. præscriptum, ser-
vandum est.

§. XI. *ubnam in omnibus causis*

V. Professio
qvendæ, seu
Justificandæ. Agmen denique V. inter fatalia appellationis claudit illud, qvod prosequendæ, s. justificandæ, dicitur. Hoc de-notat terminum legalem, appellanti, post introductam appellationem, ad deducenda gravamina eorumque cau-fales, qvibus iustitiam appellationis coram judice superiori justificare intendit, præscriptum. Evidem hoc fatale cum priori, scil. introducendæ, secundum præscriptum *Recessus Imp. noviss. de an. 1654. §. 64.* connexum atque conjunctum habetur; Quemadmodum etiam ex mente legislatoris uno eodemque tempore observandum. vid. *Ord. R. Dicast. P. III. T. 4. §. 12.* *Ord. S. Trib. P. II. T. 2. §. 4.* *Ordin. Jud. Sundens. cap. 30. §. 6. 8. & 10.* & in praxi quoque sapissime, imo plerumque fere, conjungi eodemque tempore ab appellantibus observari solet. Unde & promiscue sumi a practicis fatale introducendæ & prosequendæ, patet ex *MYNSING. Cap. I. Obs. 31. Cap. 3. Obs. 54.* Quandoque plane ad præscindendas processus ambages eodem opus non est, ubi scil. res statim mani-festa, ut sine præjudicio cuiusquam de eo statui possit. *MEV. P. I. D. 66.* vel si appellans super acta prioris instantia statim submittit; quid hoc operetur & quomodo tum procedatur, tradit *ID. P. III. D. 414. P. VIII. D. 201.*

*Quando hoc
a fatali in-
troducendæ
est separa-
tum,*

Interim tamen nonnunquam contingit, ut utrumque fatale introducendæ & prosequendæ appellationis ab in-vicem sit disjunctum atque separatum. Cum enim ap-pellans, intra præscriptum in Ordinatione judiciaria fatale, appellationem cum documento notariali, super legitima ejus interpositione concocto, judici superiori influit, atque coram eo introducit, (id quod semper & ubique in præscripto termino, sub pena deserta appellationis, ob-servan-

